ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ
Ἐγχειρίδιον,
ΚΕΒΗΤΟΣ
Θηβαίου Πίναξ:
Καὶ
ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
Ἠθικοὶ Χαρακτῆρες.

EPICTETI
ENCHIRIDION,
CEBETIS
THEBANI TABULA:
ET
THEOPHRASTI
CHARACTERES ETHICI.

Cum versione Latinâ.

Denuo recognita & Notis illustrata.

BIBL. CANT. ACAD.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO.
Anno Dom. MDCLXX.

1153.66

PRAEFATIO.

RCANO quodam naturæ fœdere non modo homines ſed & ſcripta ſibi invicem conciliari cernimus: nec adeo Librariorum vinculis quam amplexibus ſuis uniri & compingi. Hac fati lege, ut alios taceam, Epictetus *&* Cebes, *ætate, moribus, vitæ etiam inſtituto ſatis diſpares, per plura ſecula individui ſemper Comites, alter ab alterius latere nequaquam diſceſsère: eoſdem illi diſcipulos, patronos, amicos; eundem habitum & cultus modum: & quæ certiſſima amicitiæ nota, communia omnia inter ſe habuère. Nihil itaq; mirum ſi iidem inpræſentiarum una prodeant, &* Philoſophorum *ritu priſtinum vitæ tenorem uſque tueantur: hoc fortaſſis excuſandum potiùs, quod arctiſſimo huic contubernio ſe tertium*

ingerat Theophraſtus; *& deſideratiſſimum inter familiares*, ſecretum, *præſentiâ ſuâ interpellet. Minimè autem dubitari poterit quin ille ſatis acceptus hoſpes, imo gratiſſimus futurus ſit comes: quippè qui præceptis* Ethicis, Tabulâ *etiam ſuâ quâ mores depinxerat, utriſque dudum conjunctiſſimus.*

Philoſophiæ certè, humano etiam generi, hac ex parte gratulari par erit, quod Peripatum, Academia *&* Porticus, *utcunque alibi æterna exerceant bella, tamen cum de virtute agitur, ita pacem colant, ut iiſdem ſpatiis ſe contineri non inviti patiantur: miſſo diſputandi pruritu* Platonicorum Σκέψις *&* Ἀκαταληψία, *in moribus ſaltem nonnulla ſciri poſſe libenter agnoſcunt, & ceu laxatis fati vinculis* ἀυτεξούσιόν τι ἐφ' ἡμῖν *ibidem fatebitur* Stoicus: Ariſtoteles *demum ipſe, qui erroris alios univerſos paſſim arguit, hac in materia*, Socratem & Platonem, *nihiloque minus ipſam etiam veritatem, amicos conſalutare nullius dubitabit: adeo illud ratum certumque quod honeſtum; &*

Sectæ

Sectæ cujuscunque calculo, is sapiens quisquis bonus.

Æternas quidem demonstrationum leges, Dialectices *fidem, &* Geometriæ *evidentiam magna cum pompa jactitamus; interea tamen rem rite æstimanti facile patebit moralis certitudinis potiores esse partes; hæc scil. Paralogismis & errori minus subjacet, dubitandi aditus diligentius præcludit, assensum fortius urget, imo animam petit, conscientiam obligat, quæque singularis ejus est prærogativa, obsequium deposcit; & ubi id minus præstatur, cultum & venerationem quantumvis reluctantibus extorquet: adeo ut qui odit maxime, invideat magis & admiretur.*

De Authorum quos damus instituto, & præsente Opere hæc breviter dixisse sufficiat, quo eorum retundatur insolentia qui nunc temporis se pro Philosophiæ *Magistris passim venditant, de eâ quæ mores spectat parte securi: quasi non pertineret ad rationem professos, secundum rationem vivere; & fieri posset ut quis*

ea aliis commendaret Placita, quæ ſibimetipſi quantumvis id maximè vellet, fruſtra commendaverit.

Ad editionem hanc quod attinet, imprimis agnoſcere oportebit, tractatus hoſce ſæpius, nec ſine egregiis auctoramentis in lucem jampridem prodiiſſe, adeo ut minimè expectandum ſit, quidquam momenti gravioris, præſertim poſt Caſauboni *&* Salmaſii *lucubrationes, deinceps acceſſurum: quiddam tamen, quantulumcunque id fuerit, ſupereſſe viſum eſt quod nos præſtaremus: collatis ſcil. Exemplaribus non modo editis, ſed & M.SS. (quorum copiam fecerant* Bodleiana & Novi Collegii Bibliothecæ) *textum ſæpius reſtituimus, lacunas aliquot ſupplevimus, verſionem recognovimus: & ſi quid ex conjecturâ adhibitum, uncis incluſimus, ne lectori quid fraudi eſſet: inſuper pampinatione facta luxuriantem Notarum ſylvam coercuimus, additis ſubinde ſcholiis, dilucidis quantum fieri potuit & ſuccinctis, ubi res id poſcere videbatur: quam quidem operam, maximam partem Juve-*

nis

nis Studioſi curæ reliquimus, cui otium magis ſuppetebat.

Enimvero graviſſimo rei literariæ incommodo boni Authores fere omnes grandi commentatorum turba non latent tantum, ſed & fatiſcunt & eliduntur. Quotuſquiſque enim eſt è trivio Grammaticaſter, aut Subſellii infimi Pædagogus qui non ſe pro Dionyſio *ferat, Siculo illo, apud vel* Corinthios *tyranno; parum quippe illis videtur virgâ criticâ in manus arrepta Hiſtoricos, Poetas, Oratores, imo & Patres paſſim ſollicitare, & ceu pueros ſibi commiſſos, caſtigatos emittere: quin & decretoriis armis agunt, ſtylo lancinant, obolis transfigunt, Aſteriſcis demum ceu ferali aliquo ſidere afflant & corrumpunt. Nec licentiæ huic aut finis aut modus, donec exhauriantur ſcrinia, deſcripta ſint adverſaria, in immenſum volumina turgeſcant; & pari augmento eorundem pretia creſcant & accendantur. Ita blattæ iſtæ & tineæ ſe chartis paſcunt, & perniciosiſſimi librorum helluones revera eos devorant. Quibus omnibus hoc*

ferè perpetuum & ſolenne eſt, ut ſi quid obvium & cuivis è plebe notum, illic inſurgant, rem ab ovo deducant, exempla proferant, authores laudent, marmora, numiſmata, codices M.SS. crepant: at ſi quis dignus vindice nodus occurat, hæret aqua, altum ſilent, & quâ ſunt egregiâ humanitate moleſti eſſe deſinunt.

Revera, quod portenti loco habeatur, viderà eſt 40 ſolidas ſchedas huic noſtro Epicteto *aſſignatas, ſcripto certe ſi quod aliud nec magno nec difficili, & quod titulus profitetur* Enchiridio: *illæ autem omnes quod magis miremur quotquot ſunt paginæ, adeo ad rem nihil omnino faciunt, ut non minus appoſitè cuicunque alteri tractatui qui de moribus ageret adnecti potuiſſent. Idem ferè accidit &* Theophraſto, Belgâ *quodam Furis-conſulto editionem accurante: alios notare, & furorem iſtum longius perſequi mora eſſet. In iſtiuſmodi Commentariis non eſt negandum, diffuſæ aliquando lectionis, & eruditionis non vulgaris, haberi ſpecimina; ſed quorſum illa alieno in*

loco

loco & tempore, non ſuo? Cervices noſtras auri argentive pondera, perinde ac plumbum lapideſve, labefactant: nec intereſt an luti vorticibus, an roſarum cumulis præfocemur. Sciant Ariſtarchi *noſtri*, Boni eſſe Grammatici quædam neſcire, *fidi interpretis plurima prætermittere; libros etiam quemadmodum metalla magis generoſa, ſcoriæ omnis jacturam in lucro ponere; tunc maxime pretioſa quando minima & ſincera. Adeo nihil ſingulare accidit* Sibyllinis *voluminibus, ut quanto mole numeroque decreverant, eo pluris fuerint æſtimanda, & ex repetita clade Oraculi fidem & dignationem invenirent.*

Vehementer optandum, ut boni Authores fideli ſed & modica clientela, ſuo habitu & ingenua ſpecie in lucem prodeant: ut interpretes lectorem digito intento moneant, non manu injecta morentur & detineant; dirigant ubi opus, non interpellent & obtundant, nec quæ ipſi nori[illegible], ſed quæ alii neſciant, proferant; id ſatagentes ut non ſeipſos adeo

adeo quam Authores ſuos enarrent & illuſtrent.

Dignum hoc Opus florentiſſimæ hujus Univerſitatis eruditione & cura, Dignum Bodleianæ Bibliothecæ *ampliſſimis præſidiis, Dignum Magni* SHELDONII, *Auguſtiſſimo* Typographeo; *Sereniſſimi demum Principis temporibus & auſpiciis dignum. Opus multis nominibus utile futurum; & cujus nec præſentis ſeculi homines, nec poſteros pœnitebit.*

Επίλογος.

Ἐπίκτητος. ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας φιλόσοφος. δοῦλος ἦν Ἐπαφροδίτου τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος. πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος. ἐκ ῥεύματος. ἐν Νικοπόλει τῆς νέας Ἠπείρου ᾤκησε. καὶ διατείνας μέχρι Μάρκου Ἀντωνίνου ἔγραψε πολλά.

EPictetus ex Hierapoli Phrygiæ urbe Philoſophus. Servus autem Epaphroditi unius de ſatellitibus Imperatoris Neronis. Ob defluxionem autem altero crure mutilatus, in novæ Epiri urbe Nicopoli habitavit. Et vitâ productâ uſque ad Marcum Antoninum multa ſcripſit.

Κέβης Θηβαῖος φιλόσοφος, Σωκράτους μαθητής.

CEbes Thebanus philoſophus, Socratis diſcipulus.

Θεόφρα-

Θ Εόφρας Θ. Μελάντα γναφέως, οἱ δὲ, Λέοντ Θ., ἀπὸ Ερέσου. ἀκουσὴς Αριστοτέλους καὶ Θεοφράστου Θ. τῆς σχολῆς τῆς ἐν τῷ Περιπάτῳ ὑπ' αὐτῶν καταλειφθείσης εἰς χαλκίδα ἐκδημήσαντ Θ.. εἶτ' πρότερον ἐκαλεῖτο Τύρταμ Θ.· Διὰ δ' τὸ θεῖος φαίζειν ὑπὸ Αριστοτέλους ἐκλήθη Εὔφρας Θ.· εἶτα Θεόφρας Θ.. μαθητὰς δ' ἔσχε πλείους ἢ χίλιους. ἐσώμασον δὲ Αριστοτέλους υἱὸν τῶν φιλοσόφων Νικόμαχον. ἐτιμήθη δ' ὑπὸ Κασσάνδρου τοῦ Αντιπάτρου· καὶ πλούτῳ κατάπον Θ. ὑπὸ τῶν ἀεὶ χαίφειν γενόμεν Θ.· εἶτα ἐνδὺς ὑπὸ βραχείας ἡμέρας· Διὰ μαθητῶν χάμυς. ἕως ἐπόνει μὲν δέμας ἄπνεος ἦν· εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πεμέλης.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάλιστον ἔπ Θ. μεσόπαν πὺ
ἐλέσθη,
Ρήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.
Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν ἄπνοος Θ.
Ην δέμας· εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πεμέλης.

Theoph.

THeophraſtus Melanthi Fullonis (vel ut alii) Leonis filius, Ereſſius, auditor Ariſtotelis, & Scholæ Peripateticæ ſucceſſor ab eo Chalcidem migrante relictæ. Hic ante vocabatur Tyrtamus: ſed ob divinum dicendi genus ab Ariſtotele vocatus eſt Euphraſtus, poſtea Theophraſtus. Diſcipulos habuit plures quam 4470. Amaſium autem habuit Nichomacum Ariſtotelis Philoſophi filium. Fuit autem in honore apud Caſſandrum Antipatri filium. Deceſſit autem aſſiduâ ſcriptione fatigatus, deinde vero propter diſcipuli nuptias ad paucos dies animum relaxans. Quamdiu laborabat quidem, non-mutilatus, ac integer erat corpore deinde vero remiſſus (i. e.) cum de ſuo labore remiſit, mortuus eſt mutilatus membris.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ
εἰς Ἐπίκτητον.

Δοῦλον Ἐπίκτητον γνώμῃ καὶ σώματι ἀνάπηρον,
Καὶ πενίῃ Ἱερόν, καὶ φίλον ἀθανάτοις.

Εἰς τὸ Ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτου.

Μῆπιν Ἐπικτήτοιο πεφ ἐνικάτθεο θυμῷ,
Ὀφρά κεν εἰσαφίκῃαι καὶ ἀρανίους κενεῶνας,
Ψυχῇ ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ὃς ἐν Ἐπικτήτοιο σοφῇ τελήσατο μύθοισιν,
Μεθιάει, βιότοιο γαλωιόων ἐνὶ πόντῳ·
Καὶ μὴ ναυπλίῃ βιοτήσιον εἰσαφικάνει
Οὐρανίῃ ἀψῖδα, καὶ ἀστερίῃ τροχιῇ.

Ως ἀπὸ τῦ αὐτῦ,

Danielis Heinsii, in Peplo.

Ζεῦ πάτερ, ὃν σέο φημὶ πένης δ' ἔλθης τε γενέθλης,
Χωλαίνων θ' ἕτερον τ' πόδα πηρομελὴς.
Αὐτὰ δὲ πλῶτον κ) ἐλεύθερίαν μοι ὄπασσον
Αμετέρας ψυχᾶς ἀ σερεοφερσύα.
Τὰν γᾶ ἀνάγκας ἐκτὸς ἀδέλωτόν τε φύλαξα,
Οὐδὲν ἀποκλίνων ὐδ' ἀεκαζόμῳ.
Αἰεὶ δ' ἀσεμφῆ κ) ἀναλγέα σὸν τρὸς ὅλυμπον
Εκ τᾶς πλαμοσιώας αὐχέν' ἀειρόμεν.
Τῶς κ) πτεῦσι πάρ. Εὐρυθῦι λέγοντι
Σὸν λειονῖοφόνον παῖδα κ) ὑδρομάχον.
Αλλὰ πύλας πέτασόν μοι Ο λύμπε· τὰ γᾶ ἄνοιξεν
Ασκήσας ταύτᾳ Ηρακλέης σοφίᾳ.

EPICTETI

ENCHIRIDION.

⁂⁂⁂:⁂⁂⁂⁂⁂⁂ ⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

Εγχειρίδιον.

Κεφ. α'.

ΤΩΝ ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἐνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί· καὶ ἐνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ' ἡμέτερα ἔργα.

β'.

ΚΑὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.

Μέμνη-

:**************

EPICTETI

Enchiridion.

Cap. I.

RES quædam in poteſtate noſtra ſunt: quædam non ſunt. In noſtra poteſtate eſt, opinio, appetitio, deſiderium, averſatio, &, ut uno complectar verbo, quælibet noſtræ actiones. Noſtri arbitrii non ſunt, corpus, pecunia, gloria, imperia: ad ſummam, ea quæ ipſi non agimus, omnia.

Cap. II.

AC ea quidam quæ nobis parent, libera ſunt natura ſua: nec prohiberi ab ullo, nec impediri poſſunt. In quæ autem ipſi jus nullum habemus, ea ſunt infirma, obnoxia ſervituti, obnoxia impedimentis, aliena.

γ'.

ΜΕμνησο οὖν, ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεούς, καὶ ἀνθρώπους· ἐὰν δὲ σὸν μόνον οἰηθῇς τὸν ἔξω, ὃ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἔστιν, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινί, ἄκων πράξεις οὐδέν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

δ'.

ΤΗλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δὲ ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἀρχὴν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, σχολὴ δὲ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. πάντως γε μὲν ἐκείνων ἀποτεύξῃ δι' ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία προσγίνεται.

Εὐθὺς

CAP. III.

PRoinde memento, ſi ea quæ natura ſerviunt, libera putaris, & aliena pro tuis habueris, fore ut impediaris, fugeas, perturberis, Deos hominesque accuſes. Sin id ſolum tuum exiſtimaris, quod tuum eſt; aliena vero, ut ſunt, aliena: te nemo coget unquam, nemo impediet, neminem accuſabis, neminem criminaberis, nihil ages invitus, nemo te lædet, inimicum non habebis. Neque enim ullam calamitatem accipies.

CAP. IV.

CUm igitur tantas res appetas, ſic eas ſuſcipiendas eſſe memento, ut ſis non mediocriter incitatus; atque alia penitus relinquenda, alia in præſentia omittenda ſentias. Quod ſi & hæc deſideraris, & magiſtratus etiam atque opes appetieris, fortaſſe ne hæc quidem aſſequeris, ob priorum illorum deſiderium: iis certe omnino excides, per quæ ſola felicitas & libertas comparatur.

ε'.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ οὖν παίσῃ φιλοσοφίας χρησίμη μελέτη ὁπλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ ὑ πάντως ὃ φαινόμενον. ἔπειτα διέλεγε αὐτὸν, καὶ δοκίμαζε τούτοις τοῖς κεφαλαίοις οἷς ἔχεις. πρῶτον ὃ τοῦτο, καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, ὅτι οὐδέν πρός σε.

[β'.]

γ'.

ΜΕμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲ ἐπαγγελία, ὃ ὄρεγόμενος τυγχάνειν· ἡ ὀρέγη· ἐκκλίσεως ἡ ἐπαγγελία, ὃ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς ἐκεῖνα ἃ ἐκκλίνεται. καὶ ὁ μὲν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίσει περιπίπτων, δυσυχής. ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ὅσα σοι, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις περιπεσῇ. νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυσυχήσεις.

ζ'.

ΑΡον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν ἐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μεταθὲς ὅτι τὰ

παρὰ

CAP. V.

ITaq; viſo cuivis aſpero, ſtatim ſic ut reſpondeas, operam dabis: viſum id eſſe, nec plane id quod videatur. Poſt, in exquirendo & probando, eas adhibeto regulas, quas habes: eamq; cum primis ac potiſſimum, Utrum id viſum in rebus verſetur noſtræ poteſtati ſubjectis, an vero alienis? Quod ſi in alienis, in promptu ſit, illud ad te nihil attinere.

CAP. VI. [Cap. 2.]

APpetitionis eam eſſe pollicitationem memento, fore ut conſequatur id quod appetat: Averſionis, ne in id incidat quod averſetur. Is porro quem appetitio fruſtratur, infortunatus eſt: qui in id incidit quod averſatur, calamitoſus. Itaq; ſi ea ſolum averſere, quæ eorum naturæ, quæ in tua poteſtate ſunt, repugnant; in eorum, quæ averſaris, nihil incides: At ſi morbum averſeris, aut mortem, aut inopiam, calamitatem ſubibis.

CAP. VII.

AVerſationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus quæ in nobis ſitæ non ſunt: atque in eas transferes

φύσιν τὸ ἐφ' ἡμῖν· πῶς ὄρεξιν ἥπερ τελῶς ἔχῃ τῷ προνοεῖσθαι· ἄνελε· ἂν τε γὰρ ὀρέγῃ τοῖς σὺκ ἐφ' ἡμῖν πνσ, ἀτυχεῖν ἀναγκη· τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν ἐδὲν ὠφέλησι σοι πάρεστι, μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῶ, κἀφως μὴ τοι καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

ιη'. [γ'.]

ΕΦ' ἑκάστῳ τῶν ψυχαγωγουμένων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ ἐργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις· κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς ἀχθέσῃ. ἂν παιδίον σαυτῷ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανοῦσθαι γὰρ αὐτῷ ἀχθέσῃ.

κ'. [δ'.]

ΟΤαν ἄψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν λυσόμενος ἀπῇς, πρόβαλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀποῤῥαίνοντας, τοὺς ἐκχυνομένους, τοὺς λοιδο-

quæ naturæ eorum, quæ noſtri arbitrii ſunt, repugnant. Appetitionem autem hoc tempore prorſus auferto, nam ſi ea quæ noſtri arbitrii non ſunt, deſideraris, fruſtrari neceſſe erit. Ea vero quæ nobis parent, quatenus recte poſſint expeti, nondum es aſſecutus. Sed eo tantum utitor motu animi, quo vel accedas ad eas res, vel ab iiſdem recedas; verum leviter, & cum exceptione, & remiſſe.

CAP. VIII. [Cap. 3.]

SIngulis in rebus, quæ vel delectant, vel uſui ſerviunt, vel diliguntur, memento conſiderare cujuſmodi ſint; exorſus à minutiſſimis. Si ollam diligis, te ollam diligere: nam ea confracta non perturbaberis. Si filiolum, aut uxorem, hominem à te diligi: nam eo mortuo non perturbaberis.

CAP. IX. [Cap. 4.]

OPus aliquod aggreſſurus, ipſi tibi ſubjicito, cujuſmodi ſit illud opus. Si lavatum abieris, ea tibi proponito quæ fiunt in balneo: alios perfundi, alios loco pelli, alios convicia facere,

λοιδορῦντας, τὺς κλέπτοντας· καὶ ὕτως ἀσφαλέστερον ἄψῃ τῦ ἔργυ, ἐὰν ὁπλέγῃς, ὅτι ὀυδὺς λύσαδς θέλω, ϗ τ' ἐμαυτῦ προαίρεσιν ϗ φύσιν ἔχυσαν τηρῆσαι. ϗ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστυ ἔργυ. ὕτω γὰρ, ἄν τις πρὸς τὸ λύσαδα γένηται ἐμποδὼν, πρόχειρον ἕξει, ὅτι μὲ τῦτο ἦν θέλον μόνον, ἀλλὰ ϗ τὼι ἐμαυτῦ προαίρεσιν ϗ φύσιν ἔχυσαν τηρῆσαι. μὲ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀναναικτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

ι'. [ε'.]

ΤΑράτει τὺς ἀνθρώπυς, ὰ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα, ὧν, θάνατος ὀδὲν δεινόν, ἐπεὶ ϗ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτυ, ὅτι δεινόν, τῦτο τὸ δεινόν ἔζιν. ὅπως οὖν ἐμποδιζόμεθα, ἢ ταράτ[illegible]ώμεθα, μηδέποτε ἄλλυς αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτύς, τυτέζι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. [ς'.] Απαιδεύτυ ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλῆν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράατ κακῶς. πρῶτόν γε παιδεύεδαι, τὸ ἑαυτῶ πεπαιδεῦδαι, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

Επὶ

re, alios furari. Sic tutius rem aggredieris, ſi ipſi tibi dixeris: Et ſtatim lavabo, & meum inſtitutum naturæ congruens conſervabo. Eodemque modo in unoquoque negotio. Sic enim, ſi quid impedimento lavationi tuæ fuerit, in promptu erit; Equidem non hoc ſolum volui, ſed & inſtitutum meum, naturæ conſentaneum, tueri volui. Neque vero tuebor, ſi ea quæ fiunt, ægre tulero.

CAP. X. [Cap. 5.]

HOmines perturbantur, non rebus, ſed iis quas de rebus habent opinionibus. Verbi cauſa: Mors non eſt malum, alioqui enim & Socrati ita viſum eſſet; ſed opinio de morte, quæ malum eam facit. Cum igitur impedimur, aut diſtrahimur, non alios culpemus, ſed noſmetipſos, hoc eſt, noſtras opiniones. [Cap. 6.] Alios accuſare in calamitate ſua, hominis eſt ineruditi: ſeipſum, ejus qui erudiri cœpit: nec ſe, nec alium, eruditi.

Nulla

ιά. [ζ.]

ΕΠὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ σοφίσ-
ρήματι. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλε-
γεν ἂν, ὅτι, Καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν·
σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι Ιππον
καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ
ἐπαίρῃ· τί οὖν ἐστὶ σόν; χρῆσις φαντασιῶν·
ὥστε ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν
ἔχῃς, τότε καὶ σὺ ἐπαρθήσῃ. τότε γὰρ ὄντι
σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

ιβ'. [ή.]

ΚΑθάπερ ἐν λιμένι, τοῦ πλοίου καθορ-
μισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδροῦσασθαι, ὁδοῦ
μὲν παρέρχον ὄστρεον· καὶ κοχλίδιον ἀναλέξα-
σθαι, ἢ βολβάριον· παρεστάναι δὲ δεῖ τῷ
διανοίᾳ ὅπως ὅ πλοῖον, καὶ σωρεχῶς ἐπιστρέ-
φεσθαι, μήποτε σε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, κἂν
καλέσῃ πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδε-
μένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα· οὕτω
καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν δίδωται ἀντὶ βολβαρίου καὶ
κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, μηδὲν κω-
λύσῃ· ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε
ὅπὶ ὅ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα πάντα, μηδὲν
ἐπιστρεφόμενος· ἐὰν δὲ γέρων ἦς, μηδὲ ἀπαλ-
λαγῆς ποτε τοῦ πλοίου μακράν, μήποτε
καλῶντος ἐλλίπῃς.

Μη

CAP. XI. [Cap.7.]

NUlla aliena præſtantia efferaris animo. Si equus ſemet jactans diceret, Sum pulcher: ferendum eſſet. Tu vero cum inſolenter gloriaris, te pulchrum equum habere: ſcito, equo te bono ſuperbire. Quid igitur eſt tuum? Uſus viſorum. Quapropter cum in uſu viſorum ita moratus fueris, quemadmodum natura poſtulat, tum effereris. Tum enim aliquo tuo bono lætaberis.

CAP. XII. [Cap.8.]

QUemadmodum in navigatione, ſubducto navigio, ſi aquatum exieris, obiter fortaſſis etiam cochleolam colliges, aut bulbum: animo autem in navigium intento eſſe oportet, ac continenter ſollicito, ne te gubernator vocet: quod ſi vocârit, ea omnia relinquere, ne vinctus, tanquam oves in navim conjiciaris: ita etiam in vita, ſi tibi vice cochleæ aut bulbi, detur uxorcula & puer: nihil impediet. At ſi gubernator vocarit, curres ad navim, relictis illis omnibus: neque reſpicies. Quod ſi ſenex es, cave unquam à nave recedas longius, ne quando vocatus, deficias.

CAP.

ιγ'. [ϑ'.]

ΜΗ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις. νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως οὐ δέ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλανσις, σκέλος ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως οὐ δέ· καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων εὑρήσεις. εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σὸν οὐ δέ.

ιδ'. [ι'.]

ΕΦ' ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων, μέμνησο ὅπισθεν ῥέφων ὅτι σεαυτὸν ζητεῖς, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὸ χρῆσιν αὐτῷ. ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλὸν, δύρησις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. ἐὰν πόνος προσφέρηται, δύρησεις καρτερίαν. ἂν ληδονία, δύρησεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐλεύσομένου σε, οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

ιε'. [ια'.]

ΜΗδέποτε ὅτι μηδενός εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. ὃ χωρίον ἀφῃρέθη; ἐκεῖν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς

CAP. XIII. [Cap.9.]

NE poſtules, ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri; ſed, ſi ſapis, ita fieri quæque velis, ut fiunt. Morbus eſt corporis impedimentum, inſtituti non item niſi ipſe velis. Claudicatio pedis eſt impedimentum; inſtituti non item. Quod ſi ſingulis in rebus, quæ incidunt, conſideraris; invenies eas alterius cujuſpiam rei, non tui, eſſe impedimentum.

CAP. XIV. [Cap.10.]

QUicquid inciderit, in eo momento, ad te converſus, inquirere, qua facultate ſis ad uſum ejus inſtructus. Si quem formoſum, formoſamve videris; ad eam rem temperantiæ facultas in promptu erit. Si labor objectus fuerit, tolerantiam reperies. Si convicium, patientiam invenies. Quod ſi te ita conſuefeceris, viſis non obtemperabis.

CAP. XV. [Cap.11.]

NUnquam te quicquam perdidiſſe dicito, ſed reddidiſſe. Filiolus obiit? redditus eſt. Prædium eſt ereptum? an non id quoque eſt redditum?

At

κὸς ὁ ἀφελόμενος, τί δέ σοι μέλῃ, ἀφ' ὅτῳ σε ὁδὸς ἀπήτησε; μέχρι δ' ἂν δι-δῷ, ὡς ἀλλοτρίῳ αὐτῷ ὅπι μελῶ, ὡς τῷ πανδοχείῳ οἱ παριόντες.

ιϛ'. [ιβ'.]

ΕΙ προκόψαι θέλῃς, ἄφες τὰς τοιάτας διαλογισμούς· ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐκ ἔξω ἀνεκφοράς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸ παῖδα, πονηρὸς ἔσῃ. κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον θανάτιμον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταραττόμενον· κρεῖττον ὁ τὰ παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σε κακοδαίμονα.

ιζ'.

ΑΡξαι σιγαρᾶν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ὀκνεῖς ὃ ἐλάδιον; κλέπτει; οἰνάριον; ὀπίλεγε, ὅτι, τοσούτου πωλεῖ ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία· προῖκα οὐδὲν ἀνύει. ὅπου ὁ καλὸς τὸ παῖδα, συμβιβῶ ὅπως δυνάται μὴ ἀτακτῆσαι· καὶ ἀτακτήσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις. καὶ οὐκ ἔστως ἔσῃ αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, τό σε ταραχθῆναι.

E:

At improbus eſt qui eripuit. Quid id tua refert, per quem, is qui dederat abs te repetierit? Sed quamdiu conceſſerit, tanquam alienum id curato, ut cauponam viator.

CAP. XVI. [Cap. 12.]

SI quid proficere ſtudes, iſtiuſmodi cogitationes miſſas facito. Si mea neglexero, non erit unde vivam: Niſi perum caſtigaro, malus erit. Præſtat enim perire fame, timoris ac moleſtiæ expertem, quam copiis omnium rerum circumfluentem, animo vivere perturbato. Et puerum malum eſſe præſtat, quam te infelicem.

CAP. XVII.

A Parvis igitur auſpicare. Oleum effunditur? villum ſurripitur? ſubjice tibi: Tanti vænit tranquillitas tanti conſtantia: gratis autem nihil acquiritur. Cum vero puerum vocas, fieri poſſe cogita, ut præſto non ſit: &, ut ſit, nihil agat ex animi tui ſententia. Neque vero ei tam bene ſit ut tuarum perturbationum habeat ille poteſtatem.

ιη'. [ιγ'.]

ΕΙ προκόψαι θέλεις, ἀφεμένον ἕνεκα τῆς ἐκτὸς ἄνης δόξαι, καὶ ἠλίθιος μηδὲν βέλτιον δοκεῖν ὑπίσασθαι. κἂν δόξῃς ποτὲ εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. ἴσθι γὰρ, ὅτι τὸ ῥᾴδιον, τὸ πῶς προαίρεσιν πρὸς σεαυτὸν καὶ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός· ἀλλὰ καὶ ἕτερον ὑπεμελήμνον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη.

ιθ'. [ιδ'.]

ΑΝ θέλῃς τὰ παιδία σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ· τὰ γὰρ μὴ ἐπὶ σοὶ θέλεις ἐπὶ σοὶ εἶναι, καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶ. ὅπου κἂν καὶ παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ. θέλεις γὰρ τὸ κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλο τι. ἂν γὰρ θέλῃς ὀρεκτὸν μὴ ἐκπίπτειν, τοῦτο δυνάσαι. τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δυνάσαι.

κ'.

ΚΥριον ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τοῦ ἐπ' ἐκείνῳ θελομένου, ἢ μὴ θελομένου, ἔχων τὸ δύνασθαι εἰς τὸ προσποιῆσαι ἢ ἀφελέσθαι. ὅτι οὖν ἐλεύθερον εἶ βέλει, μήτε θελέτω

CAP. XVIII. [Cap.13.]

SI quid proficere vis, ne recuſa, quo minus ob res externas amens & fatuus habearis. Ne quid ſcire videri velis. Quod ſi quis aliis eſſe videaris: ipſe tibi diffidito. Scito enim, facile non eſſe inſtitutum tuum in eo ſtatu, qui ſit naturæ conſentaneus, conſervare, & res externas amplecti: ſed aliter non poſſe fieri, quin is, alterum qui curet, alterum negligat.

CAP. XIX. [Cap.14.]

SI in id ſtudes, ut liberi tui, uxor, amici, perpetuo vivant & floreant, ſtultus es. Nam quæ in tua poteſtate non ſunt, ea in poteſtate tua eſſe vis, & aliena eſſe tua. Sic etiam, ſi puerum peccare non vis, ſtultus es. Id enim poſtulas, ut vitium non ſit vitium, ſed quiddam aliud. At ſi eo quod appetis, fruſtrari non vis: hoc quidem potes. Ergo, quod potes, in uſum voca.

CAP. XX.

CUjuſque dominus is eſt, qui ea quæ ipſe vult, aut non vult, poteſtatem habet vel conſervandi, vel eripiendi. Quiſquis igitur liber eſſe volet,

λέτω τι, μήτε φθονήτω τινὶ ἐπ' ἄλλοις· εἰ δὲ μή, δυλοῦειν ἀνάγκη.

κα'. [ιε'.]

ΜΕ'μνησο, ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεδαι. περιφερομένου ἤγγικέ τι καὶ σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, λαβὲ μεταλαβε. παρέρχεδαι; μὴ κάτεχε. ὕπνος ἥκει; μὴ ὑπόβαλε πόρρω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ μέτριος ἂν γένῃ καλά σε. ὕπνος πρὸς τέκνα, ὕπνος πρὸς γυναῖκα, ὕπνος πρὸς ἀρχάς, ὕπνος πλοῦτον, καὶ ἔσῃ τοῦ ἄξιος. τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παραπεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπερίδῃς, τότε καὶ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

κβ'. [ις'.]

ΟΤαν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθῃ, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότος ἐκ ἑαυτοῦ, πρόσεχε, μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ, τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἕτοιμον πρόχειρον, ὅτι τὸν

neque cupiat quicquam, neque aversetur, eorum quæ penes alios sunt. Sin minus, servire necesse erit.

CAP. XXI. [Cap.15.]

MEmento, sic in vita esse versandum, tanquam in convivio. Si quid circumferendo ad te pervenerit, porrecta manu partem modeste capito. Præterit? Ne detine. Nondum adest? Ne longe appetitum extendito: sed expecta, dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, sic erga conjugem, sic erga magistratus, sic ergo divitias si affectus fueris; aliquando dignus eris convivio Deorum. At vero si oblata etiam non acceperis, sed despexeris, non conviva Deorum modo, sed & imperii consors eris. Sic enim cum facerent, Diogenes, Heraclitus, & similes, merito divini ut erant, ita & dicebantur.

CAP. XXII. [Cap.16.]

CUm ejulantem quempiam videris in luctu, sive peregre profecto filio, sive rebus amissis: cave ne te visum illud moveat, ut existimes versari eum in malis ob externa; sed statim ipse tecum distinguito, sitque in promptu ut

τον θλίβει, ἢ τὸ συμβεβηκὸς, ἄλλον γὰρ ἢ θλίβει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτου. μέχρι μὴν τοι λόγου μὴ ὀκνεῖ συμπαθεῖν φέρειν αὐτῷ, κἂν ὕτω τύχῃ, συνεπιστενάξαι. πρόσεχε μὴν τοι, μὴ κἀ ἔσωθεν συνεπιστενάξῃς.

κγ'. [ιζ'.]

ΜΕμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἷόν ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος. ἂν βραχύ, βραχέος· ἂν μακρόν, μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα κἀ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἔστι, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου.

κδ'. [ιη'.]

ΚΟρεαξ ὅταν μὴ αἴσιον κράξῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία, ἀλλ' εὐθὺς διαιρεῖ παρὰ σεαυτὸν, κἀ λέγε· ὄπτέτων ἐμοὶ οὐδὲν σημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί· ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνει, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν, ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

Ανί-

dicas: Iſtum affligit non caſus ille (alium enim non affligit) ſed concepta de eo opinio. Ac oratione quidem tua ejus perturbationi ſubſervire ne dubita; atque adeo, ſi res ita tulerit, congemiſcere. Cavebis autem, ne intrinſecus etiam congemiſcas.

CAP. XXIII. [Cap. 17.]

ACtorem eſſe fabulæ talis, qualis magiſtro probata fuerit, te memento: ſi brevis, brevis; ſi longa, longæ. Si mendicum agere te voluerit; fac eam quoque perſonam ingenioſe repræſentes. Ita ſi claudum, ſi principem, ſi plebeium. Hoc enim tuum eſt, datam perſonam bene effingere: eam autem eligere, alterius.

CAP. XXIV. [Cap. 18.]

SI corvus inauſpicatum crocitarit, ne te viſum illud moveat, ſed ipſe tecum divide ſtatim, & dic: Nihil iſtorum mihi portenditur: ſed aut corpuſculo meo, aut reculæ meæ, aut exiſtimationi, aut liberis, aut uxori: mihi autem fauſta omnia portenduntur, ſi ego voluero. Quicquid enim iſtorum acciderit, ex eo penes me eſt fructum ut capiam.

κέ. [κδ'.]

Α Νίκη Θ. Εἰ δύναμαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, οὐκ ἔστιν ἐπὶ σοὶ νικῆσαι.

κς'.

Ορα μήποτε ἰδών τινα προπεμπόμενον, ἢ μεγαλοδωρεμένον, ἢ ἄλλως δόξαν ἔχοντα, μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ ἀγαθὸν τοῦ ἀπαθῆς ᾖ, οὔτε ὁ φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει· σὺ δ' αὐτὸς οὐ στρατηγὸς, οὐ ῥήτωρ, ἢ ὕπατος. Εἰ δὲ προαίρεσις, ἀλλ' ἐλεύθερος. μία δ' ὁδὸς πρὸς ταῦτα, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

κζ'. [κ'.]

Μέμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σὴ σὲ ὑπόληψις ἠρέθισε. πειρῶ οὖν ἐν πρώτοις μὴ συναρπασθῆναι ὑπὸ τῆς φαντασίας. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

Θάνα-

CAP. XXV. [Cap.19.]

INvictus esse potes, si in nullum certamen descendas quod vincere tui arbitrii non est.

CAP. XXVI.

SI quem eximiis honoribus affectum, aut ampla potestate præditũ, aut alioqui florentem videris; vide ne quando beatum illum prædices, visorum impetum secutus. Nam si in rebus nostræ potestati subjectis vis tranquillitatis constiterit, nec invidia nec æmulatio locum habebit; tuque ipse non imperator, non senator, non consul esse voles, sed liber. Ad eam autem rem via unica est: eorum, quæ in postate nostra non sunt, contemptio.

CAP. XXVII. [Cap.20.]

MEmento, non eum qui convicietur aut verberet, auctorem esse contumeliæ: sed opinionem de eis, tanquam contumeliosis, conceptam. Cum igitur te quispiam irritarit, opinione tua te irritatum esse scito. Quapropter in primis operam dato, ne visa tibi assensum extorqueant. Nam si semel tempus & moram impetraris, facilius ipse tibi imperabis.

CAP.

κη'. [κά.]

Ο Αναΐθ., ἢ φυγὴ, ἢ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔξω σοι καθ' ἡμέραν· μᾶλλον δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ ἐάν ἐν ἐνθυμήσῃ ποτε παρφνὸν ἐνθυμηθῆναι, ἔστε ἄγαν ὀλιγανθυμήσεις τινός.

κθ'. [κβ'.]

Φιλοσοφίας ὀλιγανθυμεῖς; πρόσκεισαι ἀυτῇ ὅθεν, ὡς καταγελασόμενος, ὡς καταμωκησόμενος σὺ πολλῶν, ὡς ἐρέντιων, ὅτι, ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ, πόθεν ἡμῖν αὗτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρυῶ μόνον μὴ σχῆς· πλὴν δὲ βελτίων σοι φαινόμενον ἔτως ἔχε· ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μόνον ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σε πρότερον, ὕστοι σε ὕστερον θαυμάσουσιν· ἐὰν δὲ ἡττηθῇς ἀυτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

λ' [κγ'.]

ΕΑν ποτέ σοι γένηται ἔξω γραφῆναι, πρὸς τὸ βουληθῆναι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπόλεσας τὴν ἴνησιν. ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ τῷ εἶ φιλόσοφος· εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλῃ, τῷ εἶ σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

Οὗτοι

CAP. XXVIII. [Cap. 21.]

MOrs & exilium, & omnia quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie verſentur: omnium vero maxime mors. Sic nihil unquam humile cogitabis, nec impenſe cupies quicquam.

CAP. XXIX. [Cap. 22.]

SApientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? Statim te para, quaſi futurum ſit ut deridearis: ut multi te ſubſannent: ut dicant, te ſubito philoſophum extitiſſe: ut rogent, unde ſupercilium iſtud? Tu autem ſupercilium ne habeto: ea vero quæ optima tibi videbuntur, ſic teneto, quaſi à deo ſis in ea ſtatione collocatus. Cæterum memento, te, ſi in eodem ſtatu permanſeris, iis tandem admirationi fore, qui te prius deriſerunt. Sin eis ſuccubueris, dupliciter fore deridendum.

CAP. XXX. [Cap. 23.]

SI quando acciderit ut foras prominеas, & alicui placere cupias; te de ſtatione tua dejectum eſſe ſcito. Quare in omnibus rebus illud tibi ſatis ſit, te eſſe philoſophum. Sin alicui etiam videri philoſophus cupis; tibi videre, idque tibi ſatis eſto.

CAP.

λα'. [κδ'.]

ΟΥ̓δέ σε οἱ λογισμοὶ μὴ ἀλιβέτωσαν· ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς ἀδαμῶς. εἰ γὰρ ἡ ἀτιμία ἔξι κακόν, καὶ δυνάσαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον καὶ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. μὴ τι οὖν ὃ ἐν ἔργον ἔξιν ὃ ἀρχῆς τυχεῖν, ἢ συγκληθῆναι ἐφ' ἑστιάσιν; ἀδαμῶς. πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἔστιν ἀτιμία; πῶς δ' οὐδεὶς ἀδαμῶς ἔσῃ, ὃν ἐν μήνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἔμπροσθεν, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. τί λέγεις; ὃ ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι σῖτον καὶ σὺ ἀργύριον; οὐδὲ πολίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; τίς οὖν σοι εἶπεν ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἔξιν, οὐχὶ δ' ἀλλότρια ἔργα; τίς δ' οἶναι δυνατὸν ἑτέρῳ ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κτῆσαι οὖν, φασὶν ἵνα κἀμοὶ ἔχωμεν. εἰ δύναμαι κτήσασθαι, πρῶτον ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ μεγαλόφρονα, δείκνυέτε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμῖν τὰ μὴ ἀγαθὰ παρεσκευάσητε, ὁρᾶτε ὑμᾶς, πῶς ἄνισοί ἐσε, καὶ ἀγνώμονες. τί δ' κἀ βέλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα; εἰς τοῦτο οὖν μοι μᾶλλον

Συλλαμ-

CAP. XXX. [Cap.24.]

ISTæ cogitationes ne te crucient, fore ut ſine honore vivas,&nullo ſis loco. Nam ſi honore carere malum eſt: nihilo magis per alium in malo eſſe potes, quam in vitio. Nunquid igitur tui muneris eſt imperio potiri? aut ad convivium adhiberi? Nequaquam. Quei igitur ea jam erit ignominia? quei nullo uſquam loco eris, quem in iis ſolis aliquem eſſe oportet, quæ penes te ſunt, in quibus vel ſummo loco eſſe potes? At nihil opis amicis feres. Quo pacto iſtud accipis? non argentum abs te habituri ſunt? nec eos in Romanam civitatem aſcribes? Et quis tibi dixit, ea penes nos eſſe,& non aliena munera? Quis vero id alteri præſtet,quo ipſe careat? Parato ergo,aiunt,ut & nos habeamus. Si parare queo, conſervata verecundia, & fide & animi magnitudine, voſq; ejus rei viam oſtenderitis,parabo. Sin id poſtulatis, ut bona ego mea perdam, quo vos ea, quæ in bonis non ſunt acquiratis: videte ipſi quam iniqui ſitis, & temerarii. Utrum vero præoptatis? Pecuniamne, an amicum verecundum

Συλλαμβάνεῖε, κ) μὴ δι' ὧν ἀπβαλῶ αὐτὸ ταῦτά με πραγτέον ἀξιῶτε. ἀλλ' ἡ παρὸις, ὅλον ἐπ' ἐμοί, φησιν, ἀβοήθητος ἔσαι. πάλιν, ποίαν κ) ταύτην βοήθειαν ζητᾶς ἐγώ; ἔχεις λόγους, ἔτε βαλανέα; ἔ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ἱματόδηματα ἔχω λόγους ἀλλὰ ἔ σκυτία. ἀγαθὸν δὲ, ἐὰν ἔχας ἐκπληρώσῃ ὃ αὐτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ καλεσκεύαζες πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφέλεις; ναί. ἀχὰν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. τίνα οὖν, φησι, χώραν ἔξω ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα ἔ πιστὸν κ) αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀπβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς καὶ ἄπιστος ἀποτελεσθείς.

λβ'. [κέ.]

ΠΡοετιμήθη σε τις ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ συγκλητικῷ εἰς συμβουλίαν; εἰ μὴ ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος. εἰ δὲ ἀγαθὰ, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δὲ ὅτι οὐ δύνασαι μὴ ζῶν τα

cundum & ſincerum? Ad hoc igitur adjumento mihi eſte; non autem poſtulate, ut ea faciam, per quæ illa ſim amiſurus. At enim patriæ per me nihil afferetur adjumenti. Cujuſmodi quæſo adjumentum? Porticus per te non habitura eſt? non balnea? Iſthuc vero quid eſt? neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neque arma per ſutorem. Satis autem fuerit, ſuo quemque fungi munere. At ſi quem alium ei civem inſtrueres integrum & verecundum, nihilne eam juvares? imo vero. Proinde ne tu quidem patriæ fueris inutilis. Quem ergo locum, inquis habebo in urbe? Quem poteris, integritate & verecundia conſervata. Sin illi profuturus, hæc abjeceris: quis ei tui fuerit uſus, qui impudens & perfidus evaſeris?

CAP. XXXII. [Cap. 25.]

EST tibi prælatus aliquis in convivio, aut ſalutatione, aut dandi conſilii officio? Siquidem iſta bona ſunt, gratulari debes illi, cui ea contigerunt. Sin mala, ne doleas te in ea non incidiſſe; ſed memento, cum ea non agas quibus

τα ποιῶν πρὸς ὃ τυγχάνειν τὴν ὄρεξιν ἐφ' ἡμῖν, ἐκείνων τὴν ἔσων ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν δὴ δύεσι τινός, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ προσπέμπων τῷ προπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ἔσῃ καὶ ἄπληστος εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα ἀντ' ὧν ἐκτᾶται παρασκευή, θεοῖς αὐτὰ βούλῃ λαμβάνειν. ἀλλὰ πόσου παρασκοῦ ἰρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. ἂν οὖν τις προϊέμενος τὸ ὀβολὸν, λάβῃ ἰρίδακας, σὺ δὲ μὴ προϊέμενος μὴ λάβῃς, μὴ οἴει ἔλαττον ἔχειν ἢ λαβόντος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει ἰρίδακας οὕτω σὺ τὸν ὀβολὸν, οὐκ ἔδωκας. τὴν αὐτὴν δὴ τρόπον καὶ ταύτα. μὴ προσεκλήθης ἐφ' ἑστιασίν τινος; μὴ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι πόσου πολλοῦ ὁ δεῖπνον· ἐπαίνου δ' αὐτὸ πολλοῦ, παρασκευῆς πολλοῦ. δὸς οὖν τὸ ἀργύριον εἰ σοὶ λυσιτελεῖ τὸ πολυτελῶς. εἰ δὲ μὴ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ, καὶ ἀβέλτερος. σοὶ οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μῦς οὖν· ὃ μὴ ἐπαινέσῃ τοῦτον, οὐ σοὶ ἦθελες τὸ μὴ ἀναγκάσαι αὐτὸν δὴ τῆς εἰσόδου.

Τὸ

quibus illa parantur quæ in noſtra poteſtate non ſunt, fieri non poſſe ut eadem tibi tribuantur. Nam quî valebit tantum is qui fores non frequentat, atque is qui frequentat? qui non aſſectatur, atque is qui aſſectatur? qui non laudat, atque is qui laudat? Injuſtus igitur eris, & inexplebilis, ſi non numerato eo pretio, quo illa væneunt, gratis ea conſequi te poſtules. Age quanti væneunt lactucæ? Ponamus, obolo. Si quis igitur, obolo numerato, lactucas acceperit; tu autem, pretio non numerato, non acceperis; ne te deteriore conditione eſſe putes eo qui accepit. Ut enim lactucas habet ille, ſic tu obolum non dediſti. Ad eundem quoque modum & hîc ſe res habet. Non invitatus es ad convivium alicujus? Nec dediſti quanti vænit convivium. Vendit autem id convivator laudatione, vendit obſequio. Dato igitur pretium quanti vænit, ſi è re tua eſt. Quod ſi nec illa vis præſtare, & hæc accipere: avarus es, & væcors. Nihil igitur cœnæ vice habes? imo habes: non laudaſti quem noluiſti: non toleraſti ejus inſolentiam in ingreſſu.

λγ'. [κς'.]

Τὸ βέλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἔστιν ἐξ ὧν ἀλλήλοις διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. οἷον, ὅταν τὸ γείτονος παιδάριον καταάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλο τι, πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. ἴσθι οὖν ὅτι, ὅταν καὶ τὸ σὸν καταγῇ, ποιητέον εἶναι σεαυτῷ, ὁποῖον ὅταν καὶ ὁ τοῦ ἄλλου καταγῇ. ὕστατα μεταπίπτει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν ὁ αὐτοῦ τινος ἀποθάνῃ, εὐθὺς, οἴμοι, πάλας ἐγὼ βοᾷ. ἐρρίζωται μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὰ ἀκούσαντες.

λδ'. [κζ'.]

Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς ὃ ἀποτυχεῖν ὑπέρθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. [κη'.] Εἰ μή τι σῶμά σε ἐπέρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν. ὅτι δὲ σὺ πῶς γνώμῃ πῶς σεαυτὸν ὑπερέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν λοιδορήσῃ σοι, παραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ; τούτου ἕνεκα ἐφ' ἑκάστῳ

CAP. XXXIII. [Cap. 26.]

NAturæ propoſitum ex iis rebus, de quibus nulla inter nos controverſia eſt, cognoſci poteſt. Exempli gratia: Si vicini puer poculum aut quid aliud confregerit, in promptu illud ſtatim eſt, Ita fieri ſolere. Scito igitur, ſi & tuum confractum fuerit, eundem eſſe te oportere, qui fueris cum frangeretur alienum. Sic tranſfer iſta ad majora. Filius alterius obiit, aut uxor? nemo eſt quin dicat, humanum id eſſe. Sin ipſi alicui id acciderit; ſtatim, Hei mihi, inquit, me miſerum. Meminiſſe autem oportebat, ut affecti ſimus, cum tale quippiam de aliis audimus.

CAP. XXXIV. [Cap. 27.]

QUemadmodum aberrandi cauſa meta non ponitur: ſic nec mali natura in mundo exiſtit. [Cap. 28.] Quod ſi corpus quidem tuum aliquis obvio cuipiam permitteret, indignareris: Tu vero, qui animum tuum cuilibet permittas, ut ſi convicia tibi dixerit, perturbetur & mœreat, non erubeſcis? Quamobrem, cujuſque rei anteceſſio-

ἑκάστῳ ἔργῳ σκόπει τὰ προηγούμενα καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτῷ, καὶ ὕστως ἔρχου ἐπ' αὐτό. εἰ δὲ μή, πάντῃ μὲν εὐσταθῶν εὐθύμως ἥξεις, μηδὲν τῶν ἐξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ.

λε'. [κδ'.]

Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγὼ νὴ τοὺς θεούς· καλὸν γὰρ ὄντως· ἀλλὰ σκόπει καὶ τὰ προηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ ὕστως ἅπτου τοῦ ἔργου. δεῖ σ' ὑποτακήσειν, ἀναστροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν. ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ σεσυμβεβλημένος σεαυτὸν τῷ ὀπισάτῃ· εἶτα εἰς ἀγῶνα πρέρχεσθαι. ἔστι δὲ ὅτε χεῖρα βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλοὺς ἀφιὼ καταπιεῖν· ἔστ' ὅτε καὶ μαστιγωθῆναι· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα νικῆσαι. ταῦτα ὑποσκελίζομένου, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ὅπου ὁ ἀθλεῖν. εἰ δὲ μή, ὡς ἡ παιδία ἀναστᾶσα φησί, ἃ νῦν μὲν παίζεις καὶ παίζει, νῦν δὲ αὐλητὰς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ.

ἔτα

nibus & conſecutionibus conſideratis, ſic eam aggredere. Alioqui primum alacriter eam ſuſcipies, eorum nullo quæ conſequuntur expenſo: poſt autem, turpitudine aliqua exorta, verecundaberis.

CAP. XXXV. [Cap. 29.]

VIs Olympia vincere? Et ego medius fidius: præclarum enim habetur. Sed conſidera, quid antecedere, quid ſequi ſoleat: atque ita rem gerendam ſuſcipito. Oportebit te conſervare ordinem, veſci ingratis, abſtinere bellariis, exerceri neceſſario & certo tempore, in æſtu, in frigore: non frigidam bibere, non vinum, ut fieri ſolet: ad ſummam, tanquam medico, ſic laniſtæ te tradas oportet: deinde in certamen deſcendere: aliquando manum lædere, talum diſtorquere, multum pulveris deglutire, interdum flagris cædi, & vinci poſt hæc omnia. His omnibus conſideratis, pugilum certamen ſuſcipe, ſi lubet adhuc. Sin minus, ut pueri reſilies, qui nunc pugiles ludunt, nunc tibicines, nunc gladiatores: jam

ὕπω γὰρ σύ· νῦν μὲν ἀθλητὴς, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος· ὅλη δὲ τῇ ψυχῇ οὐδέν· ἀλλ' ὡς πάντως πᾶσαν θέαν, ἐὰν ἴδῃς, μιμῇ, καὶ ἄλλο ἄλλῳ σοι ἀρέσκει. οὐ γὰρ μετ' σκέψεως ἦλθες ὅπι τοῦτον, οὐδὲ προαιρούμενος· ἀλλ' εἰκῇ καὶ κατ' ψυχρὰν ὁπωσυμίαν. ὅταν θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες ὅτι τινὸς λέγοντος, ὡς δὴ Σωκράτης λέγει! καὶ, τίς ὅταν δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλωσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν.

λς'. [λ'.]

ΑΝθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ πρὸς σεαυτὸν φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι. πένταθλος θέλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σαυτὸν τοὺς βραχίονας, τοὺς μηροὺς, πρὸς ὀσφῦν κατάμαθε· ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. δοκεῖς, ὅτι ζῶντα ποιῶν, ὡς σαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡς σαύτως πίνειν, ὀμοίως δυσαρεστεῖν, ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, τῶν παιδαρίων καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ

tuba canunt, jam tragœdias repræſentant. Tu quoque ſic, nunc pugil, mox gladiator, poſtea orator, demum philoſophus: toto autem animo nihil: ſed ut ſimius, quicquid ſpectaveris, imitabere, atque aliud ex alio adamabis. Nec enim ſuſcepta cogitatione quicquam es aggreſſus, aut exploraſti prius: ſed temere, appetitus levitatem ſecutus. Sic aliqui philoſopho ſpectato, & audito aliquo dicente ſic: Quam recte dicit Socrates! vel ſic: quis ita diſſerere poteſt ut ille? ipſi etiam philoſophari volunt.

CAP. XXXVI. [Cap. 30.]

HOmo, primum conſidera, cujuſmodi ſit res: deinde, naturam quoque tuam eamne ferre queat, explora. Quinquercio eſſe vis, aut palæſtrita? Brachia tua intuere; femora & lumbos conſidera. Nam aliud alio natura pertinet. Putaſne te hæc aggreſſum, æque poſſe edere, æque bibere, æque faſtidire? Vigilandum eſt, laborandum, à tuis recedendum; à puero contemni, in omnibus deteriore conditione eſſe, in honore, in magi-

ἀρχὴ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. Ζῶντα ὑπίσχεψαι, εἰ θέλεις ἀντικαλαλαξάσθαι τέτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν· εἰ δὲ μὴ, φύσεχε, μὴ ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕστερον ὃ πολώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος Καίσαρος. ἡμῖν. Ζῶντα ὑ συμφωνεῖ. ἕνα Σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν εἶναι· ἢ ὃ ἡγεμονικὸν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι ὃ σαυτῦ, ἢ τὰ ἐκτός· ἢ περὶ τὰ ἔξω τυτῖσιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτυ.

λζ'. [λά.]

ΤΑ' καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ἔχει σχέσεσι πρὸς μετρεῖται. πατὴρ ἔστιν· ἐπιμελητέον, ὑπακουστέον, ἐπιτρεπτέον πάντων, ἀνεκτέον λοιδορεῖσθαι, παίεσθαι. ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι. μή τι ἐν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει οἰκειώθης; σὺ· ἀλλὰ πρὸς πατέρα. ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὸ πρὸς ἐκεῖνον ποιεῖ, ἀλλά τί σοι ποιήσωμεν κατὰ φύσιν ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὺ γὰρ ἄλλος ὑ βλάψει

ſtratu, in judicio, in negotio quolibet, oportebit. Hæc conſidera, tecumque ſtatue, an his rebus redimere velis animi tranquillitatem, libertatem, conſtantiam. Sin minus; vide ne, ut pueri, nunc philoſophus, mox publicanus, poſt orator, denique Cæſaris procurator fias. Iſta non conſentiunt: unum te oportet hominem, eumque vel bonum vel malum eſſe: aut exercenda tibi ratio & mens eſt, aut res externæ excolendæ: aut in internis elaborandũ, aut in externis: hoc eſt, aut philoſophi tuendus locus, aut hominis plebeii.

CAP. XXXVII. [Cap. 31.]

OMnia officia in univerſum mutuis affectionibus ſunt metienda. Pater eſt? præcipitur, curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus: ſi convicietur, ſi verberet, ferendum eſſe. At pater malus eſt. Nunquid igitur natura cum bono patre conjunctus es? Non, ſed cum patre. Frater te lædit? Tu igitur munus tuum erga ipſum tuere: nec, quid ille agat, conſidera; ſed, quibus rebus agendis tuum inſtitutum naturæ futurum ſit conſen-

βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. Τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. ὥστως ὃν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ ῥήτορος, ὃ καλὸν δύρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐνίδῃς θεωρεῖν.

λη'. [λβ'.]

Τῆς περὶ τὰς θεὰς δυσεβείας ἴσθι ὅτι ὃ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο παρατεταχέναι, ὅπως πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης συντελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελοῦσί μοι. ἄλλως τε τοῦτο οὐκ οἷόν τε γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῆς οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς, ἂν ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακόν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῷον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τοὺς

conſentaneum. Te enim alius non lædet, niſi ipſe velis. Tum autem læſus eris cum te lædi exiſtimaris. Sic igitur vicini, ſic civis, ſic imperatoris officium invenies, ſi mutuas affectiones ſpectare conſueveris.

CAP. XXXVIII. [Cap. 32.]

REligionis erga deos immortales præcipuum illud eſſe ſcito, rectas de eis habere opiniones: ut ſentias, & eſſe eos, & bene juſteque adminiſtrare univerſa: parendum eſſe eis, & in omnibus iis quæ fiant acquieſcendũ: & ſequenda ultro, ut quæ à mente præſtantiſſima regantur. Sic enim nec incuſabis eos unquam, nec ab iis negligi te conquereris. Aliter autem id fieri nequit, quam ſi iis, quæ in poteſtate noſtra non ſunt, relictis, tam bona quam mala in iis, quæ in nobis ſita ſunt, collocaris. Nam ſi quid illorum ſenſeris eſſe bonum aut malum, aliter certe fieri non poterit, quin cum iis fruſtratus fueris quæ velles, & in ea quæ nolles incideris, & culpes & oderis illarum rerum auctores. Illud enim natura eſt inſitum omni animantium generi,

τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ τεθαυμηκέναι. ἀμήχανον οὖν, βλαπτεσθαί τινα ὑπ' ἐμοῦ, χαίρειν τῇ δοκούσῃ βλάπτειν· ὅθεν καὶ ὁ τῇ βλάβῃ χαίρειν ἀδύνατον. ὅθεν καὶ πατὴρ οὐδὲ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται ὅταν τῇ δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι τῇ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. καὶ Πολυνείκει καὶ Ἐτεοκλέᾳ τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὸ τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεούς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ὁ ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ περὶ γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥστε ὃς μὲν ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ τοῦ ἐκκλίνειν, ἐν τούτῳ καὶ τὸ εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. σπένδειν δέ, καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστοις προσήκει, καθαρῶς, καὶ μὴ ὀλισθηρῶς, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ νωθρῶς, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

λθ'. [λγ'.]

ΟΤαν μαντικῆς προσήκῃς, μέμνησο, ὅτι τί μὲν ἀποβήσεται οὐκ οἶδας· ἀλλὰ ἥκεις

dam, quæ valde munda & compoſita eſſe videtur. Eam vulgus & vani homines, Eruditionem vocant: cum ea non ſit, ſed Falſi nominis eruditio. Ad hanc igitur ii, qui ſervandi ſunt, & ad veram eruditionem perventuri, primum divertunt. Nunquid ergo alia via nulla eſt, quæ ad Veram eruditionem ducat? Minime, inquit. Iſti vero homines, qui intra ſeptum obambulant, qui ſunt? Falſi nominis eruditionis amatores, inquit, decepti, atque opinantes ſe Veræ eruditionis frui conſuetudine. Quibus ergo nominibus appellantur iſti? Alii Poetæ, inquit, alii Oratores, alii Dialectici, alii Muſici, alii Arithmetici, alii Geometræ, alii Aſtrologi, alii Voluptarii, alii Peripatetici, alii Critici, cæterique horum non diſſimiles. Mulieres vero illæ, quæ circumcurſare videntur, primis ſimiles, inter quas eſſe dicebas Incontinentiam, & reliquas illius ſocias, quænam ſunt? Illæ ipſæ, inquit, ſunt.

πότερον οὖν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται; νὴ Δία καὶ ὧδε, σαφέστατα δὲ, καὶ ἐγὼ ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ. πότερον οὖν καὶ αἱ Δόξαι; ναὶ ἔφη. ἔπι μὲν γὰρ καὶ ἐν τούτοις ὁ πόμα, ὃ ἔπιον παρὰ τῆς Ἀπάτης, καὶ ἡ Ἀγνοια, μένει νὴ Δία, καὶ μετ' αὐτῆς γε ἡ Ἀφροσύνη. καὶ ἐὰν μὴ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτῶν ἔθ' ἡ Δόξα, ἔθ' ἡ λοιπὴ Κακία, μέχρις ἂν ἀπογνόντες τῆς Ψευδοπαιδείας, εἰσέλθωσιν εἰς τὴν ἀληθινὴν ὁδὸν, καὶ πίωσι τὴν τότε καθαρτικὴν δύναμιν, καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι, καὶ τὰς Δόξας, καὶ τὴν Ἀγνοιαν, καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν Κακίαν. τότε ἂν ὕστερον σωθήσονται. ὧδε δὲ μένοντες παρὰ τῇ Ψευδοπαιδείᾳ, ἐδέποτε ἀπολυθήσονται, οὐδὲ ἐλλείψει αὐτὸς κακὸν ἐδὲν ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων. ποία οὖν αὕτη ἡ ὁδός ἐστιν, ἣ φέρουσα ὅπι τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν; ὁρᾷς, ἔφη, ἄνω τόπον τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου ὑδεὶς καθοικεῖ, ἀλλ' ἔρημος ὁδικεῖ ἔστι; ὁρῶ. Οὐκοῦν καὶ ὀξεῖαν τινὰ μακρὰν, καὶ ὁδόν τινα περὶ τὴ ὀξείας,

ἧπερ

Nunquid ergo & huc ingrediuntur? Et huc medius fidius, ſed raro: nec ita frequenter, ut in primum ſeptum. Nunquid ergo & Opiniones? Næ, inquit. Nam & in his etiamnum Potio, ab Impoſtura propinata, & Ignorantia, manet: atque etiam mehercule, una cum ea, Amentia. Neque vero ab eis vel Opiniones vel cætera vitia recedent, donec, repudiata Falſi nominis eruditione, veram ingreſſi viam, purgatricem iſtarum rerum vim biberint, & mala omnia, quibus urgentur, ut Opiniones & Ignorantiam, & reliquam omnem Vitioſitatem, ejecerint: tum demum enim ſervabuntur. Dum vero hic manſerint apud falſi nominis eruditionem, nunquam liberabuntur: nec ullum malum, illarum quidem diſciplinarum ſubſidio, profligabūnt. Quæ ergo via eſt, quæ ad Veram eruditionem ferat? Videſne, inquit, editum illum locum, qui à nemine incoli, ac deſertus eſſe, videtur? Video. Ergo & januam parvam, & viam quandam ante

januam

ἥπις ὐ πολὺ ὀχλεῖται, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται, ὥσπερ δυσανόδυ πνὸς καὶ τραχείας καὶ πεζοώδυς ἔῒ) δοκούσης; καὶ μάλα, ἔφην. οὐκοῦν καὶ βυνός τις ὑψηλὸς δοκεῖ ἔῒ), καὶ ἀναβασις σειὴ πάνυ, καὶ κρημνὸς ἔχων ἔνθεν κἀκεῖθεν βαθεῖς; ὁρῶ. αὕτη τοίνυν ὄξίν ἡ ὁδὸς, ἔφη, ἡ ἄγουσα πρὸς τὸν ἀληθινὸν Παιδείαν. καὶ μάλα γε χαλεπὴ περισιδεῖν. οὐκοῦν καὶ ἄνω γε περὶ ⓜ βυνὸν ὁρᾷς πέτραν μεγάλην, καὶ ὑψηλὴν, κύκλῳ ἀπόκρημνον; ὁρῶ, ἔφην. ὁρᾷς οὖν καὶ γυναῖκας δύο ἑστηκυίας ὅπῃ τῆ πέτρας, λιπαρᾶς, καὶ διεκτεύσας τῷ σώματι, καὶ ὡς ἐκπετάκασι τὰς χεῖρας περδύμως; ὁρῶ· ἀλλὰ τίνες καλοῦνται, ἔφην, αὗται; ἡ μὲν Εγκράτεια καλεῖται, ἔφη· ἡ δὲ, Καρτερία. εἰσὶ δὲ ἀδελφαί. τί οὖν τὰς χεῖρας ἐκπετάκασιν ὕπω περδύμως; παρακαλοῦσιν, ἔφη, τὰς παραγινομένας ὅπῃ ⓜ πόνον, θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ἀποδειλιᾶν, λέγουσαι, ὅτι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι αὐτοὺς, εἶτα ἥξειν εἰς ὁδὸν καλήν.

ὅταν

januam, parum frequentem, & à perpaucis tritam, ut quæ & præceps & aſpera, & prærupta eſſe videatur? Omnino, inquam. Ibi & tumulus excelſus cernitur, & anguſtus aditus. Utrinque in profundum præceps. Video. Hæc igitur, inquit, via eſt, quæ ad Veram eruditionem ducit. Et quidem aſpectu, inquam, valde ardua. Ergo & ſuperne juxta tumulum magnam rupem vides, & altam, undique præruptam? Video, inquam. Vides ergo & duas mulieres, ſucci plenas, & robuſto corpore in rupe ſtantes, quæ manus alacriter extendunt? Video, inquam: ſed quæ eis nomina ſunt? Una, inquit, Continentia vocatur, altera Tolerantia. Sunt autem ſorores. Cur vero manus adeo alacriter extendunt? Hortantur, inquit, viatores ad eum locum progreſſos, ut bonis ſint animis, nec per ignaviam deſperent. Fore enim, ut poſt parvi temporis difficultates, in amœnam viam perveniant. Ubi autem

ὅταν οὖν σχολάσωσι τὴν πέτραν, πῶς ἀναβαίνουσιν; ὁρᾷς γὰρ ὁδὸν φέρουσαν ὑδεμίαν ἐπ' αὐτήν. αὗται ἀπὸ τῆς κρημνῆς προσκαταβαίνουσι, καὶ ἕλκουσιν αὐτοὺς ἄνω πρὸς ἑαυτούς. εἶτα κελεύουσιν αὐτοὺς ἀναπαύσασθαι, καὶ μικρὸν διδόασιν ἰσχυὸν καὶ θάρσος, καὶ ἐπαγγέλλονται αὐτοὺς καταξῆσαι πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, καὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, ὡς ἔστι καλή τε, καὶ ὁμαλὴ, καὶ εὐπορευτος, καὶ καθαρὰ πάντος κακοῦ, ὥσπερ ὁρᾷς. ἔμφαινε νὴ Δία. ὁρᾷς ὖν, ἔφη, καὶ ἔμπροσθε τῆς αὐλοῦσ ἐκείνης τύπον τινὰ, ὃς δοκεῖ τε εἶναι καὶ λιμωνοειδὴς, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενος; καὶ μάλα. κατανοεῖς οὖν καὶ ἐν μέσῳ τῆς λειμῶνος εἴδωλον ἕτερον, καὶ πύλην ἑτέραν; ἔστιν ὕτως. ἀλλὰ τίς καλεῖται ὁ τύπος οὗτος; εὐδαιμόνων οἰκητήριον, ἔφη. ὧδε γὰρ ἁπαντήσουσιν αἱ ἀρεταὶ πᾶσαι, καὶ ἡ Εὐδαιμονία. εἶεν, ἔφην ἐγὼ, ὡς καλὸν τὸν τύπον εἶναι. οὐκοῦν καὶ τὴν πύλην ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι γλυφή τις ἐστὶ καλὴ καὶ καλλιτεχνία ὁ πρόσωπον,

μέσῃ

tem ad rupem acceſſerint: quo pacto aſcendunt? nullam enim, quæ eo ferat, viam perſpicio. Ipſæ à præcipitio ad eos nonnihil deſcendunt, eoſque ſurſum ad ſeſe attrahunt. Poſtea jubent eos requieſcere: & paulo poſt eis dant Robur & Fiduciam: & pollicentur ſe eos ad Veram eruditionem perducturas: ac demonſtrant, quam ea via ſit amœna, & plana, & expedita, & omnis expers mali, ut vides. Ita certe quidem apparet. Videſne porro, inquit, ante lucum illum locum quendam, qui & amœnus videtur, & prati inſtar, multaque luce illuſtris? Utique. Videſne in prati medio etiam aliud ſeptum, & aliam portam? Eſt ita. Sed quomodo vocatur locus ille? Beatorum-domicilium, inquit. Hic enim degunt Virtutes omnes, & Beatitudo. Amœnus dubio procul is locus eſt. Vides ergo, inquit, juxta portam ſtare matronam formoſam, conſtanti vultu,

ætate

μέσῃ ὃ καὶ κεκειμένῃ ἥδῃ τῇ ἡλικίᾳ, σολλὴν δ' ἔχουσα ἀπλὴν, καὶ ἀδένα καλλωπισμόν; ἔστηκε ὃ οὐκ ὄκνι στρογγύλῃ λίθῳ, ἀλλ' ὄκνι πεπαγώνῃ, ἀσφαλῶς κειμένῃ. καὶ μετ' ταύτης ἄλλαι δύο εἰσὶ συγγάτηρες τινὲς δοκοῦσιν εἶναι. ἐμφαίνει ὅτως ἔχειν. τούτων δοίνων ἡ μὲν ἐν τῷ μέσῳ, Παιδεία ὄνομα ἐστίν· ἡ δὲ, Αλήθεια· ἡ δὲ, Πειθώ. τί δὲ ἔστηκεν ὄκνι λίθῳ πεπαγώνῃ αὕτη; σημεῖον, ἔφη, ὅτι ἀσφαλής τε καὶ βεβαία ἡ πρὸς αὐτὴν ὁδός ἐστι τοῖς ἀφικνουμένοις, καὶ τῇ διδομένῃ ἀσφαλὴς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι. καὶ τίνα ἐστίν, ἃ δίδωσιν αὕτη; Θάρσος, καὶ Αφοβία, ἔφη ἐκεῖνος. ταῦτα δὲ τίνα ἐστίν; Επιστήμη ἔφη, τοῦ μηδὲν ἂν ποτε δεινὸν παθεῖν ἐν τῷ βίῳ. Ηρακλεις ὡς καλὰ, ἔφην, τὰ δῶρα! ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ πρωτόλου ἔστηκεν οὕτως; ὅπως τοὺς προσερχομένους, ἔφη, θεραπεύῃ καὶ ποτίζῃ τὴν καθαρτικὴν δύναμιν. εἶτ' ὅταν καθαρθῶσιν ὕτως ἀυτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς Αρετάς.

πῶς

ætate media, & jam ad ſenectutem declinante, veſte ſimplici, & aſcititii cultus experte? Inſiſtit autem ſaxo non globoſo, ſed quadrato atque immobili. Ei adſunt aliæ quædam duæ, filiæ ejus, ut videtur. Ita quidem videtur. Harum igitur media, Eruditio eſt, inquit: altera, Veritas: altera, Suadela. Cur autem quadrato ſaxo inſiſtit? Indicio, inquit, eſt, & viatoribus viam ad eam eſſe tutam ac firmam: & accipientibus, munerum ejus fructum ſecurum. Ecquæ ſunt ejus munera? Fiducia, Securitas ſeu vacuitas à perturbationibus, inquit ille. Quamnam iſta viam habent: Eam, ut ſciant, nihil unquam in vita ſibi mali eventurum. Dii boni, inquam, quam præclara munera! Sed cur ſic extra ſeptum adſtat? Ut hoſpites, inquit, ſanet, eiſque Vim purgatricem propinet. Ubi vero purgati fuerint, tum demum eos ad Virtutes adducit.

Quomodo

πῶς τοῦτο; ἔφην ἐγώ. ὑ γὰρ συνίημι. ἀλλὰ συνήσεις, ἔφη. ὡς ἂν εἴ τις φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, πρὸς ⟨W⟩ ἰατρὸν ἂν ὁπου γιγνόμενος, πρότερον καθαρτηρίοις ἐξέβαλε πάντα τὰ νοσοποιοῦντα· εἶτα ὅτως ἂν αὐτὸν ἰατρὸς εἰς ἀνάληψιν ⟨καὶ⟩ ὑγίειαν καθέστηκεν· εἰ δὲ μὴ ἐπείθετο οἷς ἐπέταττεν, οὐδέποτε ἂν ὁπῃ ἀπωθεὶς ἐξώλετο ὑπὸ τῆς νόσου. ταῦτα συνίημι, ἔφην ἐγώ. ⟨W⟩ αὐτὸν τίνων τρόπων, ἔφη, ⟨καὶ⟩ πρὸς τίνα Παιδείαν ὅταν τις ἀθλιγίγνηται, θεραπεύῃ αὐτὸν, ⟨καὶ⟩ ποιῇ τῇ ἑαυτῆς δυνάμει, ὅπως ἀκαθάρτῳ πρῶτον, ⟨καὶ⟩ ἀκβάλῃ ⟨τὰ⟩ κακὰ πάντα ὅσα ἔχων ἦλθε. ποῖα ταῦτα; τίνα Αγνοιαν ⟨καὶ⟩ ⟨W⟩ Πλάνον, ὃν ἐπεποίκει ἀπάτης, ⟨καὶ⟩ τὴν Αλαζονείαν ⟨καὶ⟩ τίνα Επιθυμίαν, ⟨καὶ⟩ τὴν Ακρασίαν, ⟨καὶ⟩ ⟨W⟩ Θυμὸν, ⟨καὶ⟩ τὴν Φιλαργυρίαν, ⟨καὶ⟩ τὰ λοιπὰ πάντα ὧν ἀνεπλήσθη ἐν τῷ πρώτῳ τριόλῳ. ὅταν οὖν καθαρθῇ, πῦ αὐτὸν ἀποστέλλῃς; ἔνδον, ἔφη, πρὸς τὴν Επιστήμην, ⟨καὶ⟩ πρὸς

Quomodo istud? inquam. Neque enim intelligo. Sed intelliges, inquit, Fit enim hic perinde, ac si quis gravi affectus morbo ad Medicum perducatur. Is vero purgationibus inprimis omnes morbi causas ejicit: ac tum demum vires confirmat, sanitatemque restituit. Sin æger Medico non paruisset: merito ejectus à morbo interisset. Hæc, inquam, intelligo. Ad eum ergo, inquit, modum ad Eruditionem ubi quis pervenerit, ea curat illum, suamque illi vim propinat, ut ante omnia expurget & ejiciat mala quæ secum attulerat omnia. Quænam ista? Ignorantiam, & Errorem apud Impostura hauſtum, & Arrogantiam, & Cupiditatem, & Incontinentiam, & Iracundiam, & Avaritiam, cæteraque omnia, quæ in primo septo ingurgitarat. Postquam autem purgatus fuerit, quo eum mittit? Intro, inquit, ad Scientiam, & cæteras Virtutes.

πρὸς τὰς ἄλλας Αρετάς. ποίας ταύτας; οὐχ ὁρᾷς, ἔφη. ἔσω τῆς πύλης χρὴ γυναικῶν ὡς εὐειδεῖς δοκεῖν εἶ), καὶ αὐτάκτοι, καὶ σολὴν ἀνεύφερον καὶ ἁπλῆν ἔχουσιν; ἔτι τε ὡς ἁπλαστοί εἰσι, καὶ ἀδαμῶς κεκαλλωπισμέναι ὥσπερ αἱ ἄλλαι; ὁρῶ, ἔφην. ἀλλὰ τίνες αὗται καλοῦνται; ἡ μὲν πρώτη Επιστήμη ἔφη, καλεῖται· αἱ δὲ ἄλλαι ταύτης ἀδελφαί, Ανδρεία, καὶ Δικαιοσύνη, Καλοκαγαθία, Σωφροσύνη, Ευταξία, Ελευθερία, Εγκράτεια, Πραότης. ὦ κάλλιστα, ἔφην ἐγώγε! ὡς ἂν μεγάλῃ ἐλπίδι ἑσμέν! ἐὰν σωῆτε, ἔφη, καὶ ἕξιν σεμνοποιησεσθ' ὧν ἀκούετε. ἀλλὰ προσέξωμεν ὡς μάλιστα, ἔφην, ἐγώγε. πειρατέον, ἔφη σωθῆσεσθε. ὅταν οὖν παραλάβωσιν αὐτὸν αὗται, πῶς ἀπάγουσι; πρὸς τὴν μητέρα, ἔφη. αὕτη δέ τίς ἐστιν; Ευδαιμονία, ἔφη. ποία δέ ἐστιν αὕτη; ὁρᾷς τὴν ὁδὸν ἐκείνην, τὴν φέρουσαν ἐπὶ ὄρος ὑψηλόν ἐκεῖνο, ὅ ἐστιν ἀκρόπολις πάντων; ὁρῶ. οὐκοῦν ἐπὶ τῇ προπυλαίᾳ γυνὴ καθεσηκυῖα δύειδής τις κάλλη ἐπὶ πρόνω ὑψηλῷ,

κεκοσμη-

Quaſnam iſtas? Non vides, inquit, intra portam cœtum matronarum, quæ & formoſæ, & modeſtæ videntur; atque etiam ficti nihil habent, minimeque comptæ ſunt, ut cæteræ? Video. Sed quæ ſunt earum nomina? Prima quidem, Scientia dicitur: reliquæ vero ejus ſorores, Fortitudo, Juſtitia, Vitæ integritas, Temperantia, Modeſtia, Liberalitas, Continentia, Clementia. O pulcherrimas, inquam! Quanta in ſpe ſiti ſumus! Siquidem intellexeritis, inquit, & uſu vitæ confirmabimini in iis quæ auditis. Enimvero, inquam, ſummo ſtudio elaborabimus. Itaque ſalvi eritis: inquit. Hæ vero cum eum ſuſceperint, quo deducunt? Ad matrem ſuam, inquit. Ea vero quæ eſt? Beatitudo, inquit. Cujuſmodi vero eſt? Videſne viam illam quæ ducit ad faſtigium illud, quæ arx eſt ſeptorum omnium? In veſtibulo igitur Matrona, conſtanti ætate, & formoſa, in alto

κεκοσμημένη ἐλευθέρως, καὶ ἀπερίεργως, καὶ ἐσεφανωμένη σεφάνῳ δύανθεῖ πάνυ καλῶς; ἐμφανὴς οὕτως ἔχειν. αὕτη τοίνυν ἔξιν ἡ Εὐδαιμονία, ἔφη. ὅταν οὖν ὧδέ τις κεκαλλώπισται, τί ποιεῖ; σεφανοῖ αὐλῶν, ἔφη, τῇ ἑαυτῆς δυνάμει ἡ Εὐδαιμονία, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι Ἀρεταί, ὥσπερ τοὺς νενικηκότας τοὺς μεγίστους ἀγῶνας. καὶ ποίους ἀγῶνας νενίκηκεν αὐτός; ἔφην ἐγώ. τοὺς μεγίστους, ἔφη, καὶ τὰ μέγιστα θηρία, ἃ πρότερον αὐλὸν καλήσατε, καὶ ὀκόλαζε, καὶ ἐποίᾳ δοῦλον· ταῦτα πάντα νενίκηκε, καὶ ἀπέρριψεν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ κεκράτηκεν ἑαυτοῦ· ὥς τε ἐκεῖνα νῦν τούτῳ δουλεύουσι, καθάπερ οὗτος ἐκείνοις πρότερον. ποῖα λέγεις ταῦτα τὰ θηρία; πάνυ γὰρ ὀπωπυμῶ ἀκοῦσαι. πρῶτον μὲν, ἔφη, τῷ Ἀγνοίαν, καὶ τὴν Πλάνον. ἢ οὐ δοκεῖ σοι θηρία ταῦτα εἶναι; καὶ πονηρά γε, ἔφην ἐγώ. εἶτα τῷ Λύπῃ, καὶ τὴν ὀδυρμὸν, καὶ τῷ Φιλαργυρίαν, καὶ τῷ Ἀκρασίαν, καὶ τῷ λοιπῷ ἅπασῃ κακίαν. πάντων τούτων κρατεῖ, καὶ οὐ κρατεῖται, ὥσπερ

ſolio ſedet, compta liberaliter, & citra luxum, corona florida peregregie ornata. Ita ſane videtur. Ea igitur Beatitudo eſt, inquit. Cum autem huc aliquis pervenerit, quid illa agit? Coronat eum, inquit, ſua vi Beatitudo, cæteræque virtutes omnes, ut eos qui maximis ſint certaminibus defuncti. Quibus autem certaminibus is eſt defunctus? inquam. Tum ille: Maximis, inquit: & maximas belluas, quæ prius ipſum devorabant, & cruciabant, & ſervitute premebant, ſuperavit omnes, & à ſe profligavit, ipſe ſui juris factus: adeo ut illæ jam ei ita ſerviant, quemadmodum ipſe dudum illis ſerviebat. Quaſnam dicis belluas? Perquam enim audire cupio. Primum, inquit, Ignorantiam & Errorem. An vero eas eſſe belluas non cenſes? Et quidem maleficas, inquam. Deinde Dolorem, Luctum, Avaritiam, Intemperantiam, & omnia genera vitiorum. His omnibus imperat, non paret,

ὥσπερ δ' πρότερον. ὦ καλῶν ἔργων, ἔφλω ἐγὼ, καὶ καλλίστης νίκης! ἀλλ' ἐκεῖνο ἔτι μοι εἰπὲ, τίς ἡ δύναμις ἣ στεφάνῳ, ᾧ ἔφης στεφανῦσθαι αὐτόν; εὐδαιμονικὴ, ὦ νεανίσκε. ὁ γὰρ στεφανωθεὶς ταύτῃ τῇ δυνάμει εὐδαίμων γίνεται, καὶ μακάριος, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἐπέροις τὰς ἐλπίδας τῆς εὐδαιμονίας, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ. ὡς καλὸν τὸ νίκημα λέγεις! ὅταν δὲ στεφανωθῇ, τί ποιεῖ, ἢ ποῖ βαδίζει; ἄγουσιν αὐτὸν ὑπολαβοῦσαι αἱ ἀρεταὶ πρὸς τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἦλθε πρότερον, καὶ δεικνύουσιν αὐτῷ τὰς ἐκεῖ διατριβόντας, ὡς καλῶς καὶ ἀθλίως ζῶσι, καὶ ὡς ναυαγοῦσιν ἐν τῷ βίῳ, καὶ πλανῶνται, καὶ ἄγονται κατακεκραυμένοι, ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων· οἱ μὲν ὑπ' Ακρασίας, οἱ δ' ὑπ' Αλαζονείας, οἱ δ' ὑπὸ Φιλαργυρίας, ἔτεροι δ' ὑπὸ Κενοδοξίας· οἱ δ' ὑφ' ἑτέρων κακῶν ἐξ ὧν οὐ δύνανται ἐκλῦσαι ἑαυτοὺς τῶν δεινῶν, οἷς δέδενται, ὥστε σωθῆναι, καὶ ἀφικέσθαι ὧδε· ἀλλὰ παράτονται δι' παντὸς τοῦ βίου.

τοῦτο

ut prius. O præclara, inquam, facinora, victoriamque pulcherrimam! Verum illud etiam mihi dicito: quæ vis eſt illius coronæ, qua eum ornari dicebas? Beatifica, ô adoleſcens. Nam qui ea vi coronatur, fit beatus, & malorum expers: nec in aliis ſpem felicitatis habet repoſitam, ſed in ſemetipſo. O præclaram victoriam! Ubi autem coronatus eſt, quid facit, quove abit? Virtutes eum deducunt eo unde ante venerat: & oſtendunt ei illos qui ibi agunt, ut male & miſere vivant, & ut vitæ naufragium faciant, & errent: & quaſi victi ab hoſtibus ducantur; alii ab Incontinentia, alii ab Arrogantia, alii ab Avaritia, alii Vanæ gloriæ ſtudio, alii ab aliis malis: Quibus à difficultatibus, quibus conſtricti tenentur, ipſi eluctari non poſſunt, ut ſerventur, & huc perveniant; ſed per omnem ætatem turbantur.

τοῦτο δὲ πάντων ἀφ' ὧν μὴ δύναται τινὰ ἐνταῦθα ὁδὸν εὑρεῖν. ἐπελάθοντο γὰρ τὸ σφῶν αὐτῶν δαιμόνιον θεράπαινα. ὀρθῶς μοι δοκεῖς λέγειν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν ἀποφῶ, ἀφ' οὗ δείκνυσιν αὐτοῖς ⟨W⟩ τόπον ἐκεῖνον αἱ Ἀρεταὶ, ὅθεν ἦκει ὁ πρότερον. οὐκ ἀκριβῶς ἤδει, οὐδὲ ἐπῆκτο, ἔφη, οὐδὲν τοῦ ἐκεῖ, ἀλλ' ἐνεδιάζετο. καὶ ἀφ' οὗ τινὰ Ἄγνοιαν καὶ ⟨W⟩ Πλάνον, οὓς δὴ ἐπεπώκει, τὰ μὴ ὄντα ἀγαθὰ ἐνόμιζεν ἀγαθὰ εἶναι, καὶ τὰ μὴ ὄντα κακὰ κακά. διὸ καὶ ἔζη κακῶς ὥσπερ οἱ ἄλλοι οἱ ἐκεῖ ἁμαρτάνοντες. νῦν δὲ ἀπειληφὼς τινὰ ἐπιστήμην τῶν συμφερόντων, αὐτός τε καλῶς, ζῇ, καὶ τούτους θεωρεῖ ὡς κακῶς πράττουσιν. ἐπειδὰν οὖν θεωρήσῃ πάντα, τί ποιεῖ, ἢ τοῖ βαδίζει; ὅπου ἂν βέλεται, ἔφη· πανταχοῦ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἀσφάλεια, ὥσπερ τῷ κωρύκιον ἄντρον ἔχοντι. καὶ πανταχοῦ ἢ ἂν ἀφίκηται, πάντα καλῶς βιώσεται μετὰ πάσης ἀσφαλείας. ὑποδέχονται γὰρ αὐτὸν ἀσμένως πάντες, καθάπερ ⟨W⟩ ἰατρὸν οἱ πάσχοντες.

πότερον

Quod eo illis accidit, quod viam hanc invenire non possunt; quippe obliti mandatum quod Genius dederat. Recte mihi dicere videris. Sed rursus illud dubito, cur Virtutes eum locum illi monstrent, unde prius huc venerat. Non satis norat, neque intelligebat, inquit, quicquam eorum quæ ibi geruntur: sed dubitabat; &, ob Ignorantiam & Errorem quem imbiberat, ea quæ bona non sunt, bona esse putabat; & mala, quæ mala non sunt. Quare male vivebat, ut cæteri qui ibi degunt. Nunc vero conducibilium rerum scientiam consecutus, cum ipse bene vivit, tum illorum miserias perspicit. Hæc autem contemplatus, quid agit aut quo vadit? Quocunque voluerit, inquit. Ubique enim in tuto est, non secus ac si Corycium antrum teneret. Et quocunque pervenerit, omnino honeste vivet, ab omni periculo remotissimus. Omnes enim eum libenter suscipient, ut ægroti medicum.

Nun-

πότερον οὖν καὶ ἐκείνας τὰς γυναῖκας, ἃς ἔφης θηρία εἶ), οὐκ ἔτι φοβεῖται, μή τι πάθῃ ὑπ' αὐτῶν; οὐδέν. οὐ μὴ διοχληθήσεται, οὔτε ὑπὸ Ὀδύνης, οὔτε ὑπὸ Λύπης, οὔτε ὑπ' Ακρασίας, οὔτε ὑπὸ Φιλαργυρίας, ὅτι ὑπὸ Πενίας, οὔτε ὑπ' ἄλλου κακοῦ οὐδενός. ἁπάντων γὰρ κυριεύει, καὶ ἐπάνω πάντων ὄζει τῷ πότερον αὐτὸν λυποῦντων· καθάπαξ οἱ ἐχιόδηκται. τὰ γὰρ θηρία δήπου πάντας τοὺς ἄλλους κακοποιοῦντα μέχρι θανάτου, ἐκείνους δὲ λυπεῖ, ἀφ' ὃ ἔχειν ἀντιφάρμακον αὐτούς τοῦτο· καὶ τοῦτον οὐδὲν λυπεῖ ἀφ' ὃ ἔχειν ἀντιφάρμακον. καλῶς ἐμοὶ δοκεῖς λέγειν. ἀλλ' ἔτι τοῦτό μοι εἰπέ, τίνες εἰσὶν ὅτοι οἱ δυκοῦντες ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ βυνοῦ ὠφελήγεσθαι; καὶ οἱ μὴ αὐτῶν ἐσεφανωμένοι, ἔμφασιν ποιοῦσιν ὑφροσύνης τινός· οἱ δὲ ἀσεφάνωτοι, οἱ μὴ ἀπεγνωσμένοι, καὶ τὰς κνήμας καὶ τὰς κεφαλὰς δυκοῦσι περιφθαι· κατέχονται δὲ ὑπὸ γυναικῶν τιγῶν. οἱ μὴ ἐσεφανωμένοι, σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν Παιδείαν, καὶ ὑφαίνονται πιτυ-

Nunquid ergo illas quoque mulieres, quas dicebas esse belluas, timere desit, nihil ab eis expectans mali? Nihil. Neque enim vel Dolore, vel Molestia, vel ab Incontinentia, vel ab Avaritia, vel à Paupertate, vel ab ullo alio malo vexabitur. Omnibus enim dominatur, omnibus est superior iis à quibus ante exagitabatur; quemadmodum viperarii. Nam serpentes, qui omnes alios ad necem usque persequuntur, illos non lædunt, eo quod hoc veneni remedium habent. Ita & hunc nihil lædit, eo quod remedium habet. Recte mihi dicere videris. Sed illud etiam mihi explica, quinam ii sunt qui inde à tumulo adveniant? Quorum alii coronati, specimen hilaritatis præ se ferunt: qui vero coronis carent, desperabundi, cum cruribus & capitibus attritis esse, tum à mulieribus quibusdam detineri videntur. Qui coronas gestant, inquit, incolumes ad Eruditionem pervenerunt, eaque

πτυχηκότες αὐτῆς. οἱ δ' ἀσεφάνωτοι, οἱ μὴ ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς Παιδείας, ἀνακάμπτουσι, κακῶς καὶ ἀθλίως δια-κείμενοι· οἱ δ' ἀποδειλιακότες, καὶ ἀναβεβηκότες πρὸς τὴν Καρτερίαν, πάλιν ἀνακάμπτουσι, καὶ πλανῶνται ἀνοδίᾳ. αἱ δὲ γυναῖκες, αἱ μετ' αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι, τίνες εἰσὶν αὗται; Λύπη, ἔφη, καὶ Ὀδύναι, καὶ Ἀθυμίαι, καὶ Ἀδοξίαι, καὶ Ἄγνοιαι. πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. νὴ Δία, πάνυ, ἔφη, ἀκολουθοῦσιν· ὅταν δὲ οὗτοι πρὸς τὸν ποταμὸν γένωνται εἰς τὸ πρῶτον προβολὸν πρὸς τὴν Ἡδυπάθειαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, οὐκέτ' αὐτοὺς αἰτιῶνται, ἀλλὰ δικαίως κακῶς λέγουσι καὶ τὴν Παιδείαν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε βαδίζοντας, ὡς παλαίπωροι καὶ ἄθλιοί εἰσι, καὶ κακοδαίμονες, οἳ τὸν βίον τὸν πρὸ αὐτοῖς ἀπολιπόντες κακῶς ζῶσι, καὶ οὐκ ἀπολαύουσι τῶν πρὸ αὐτοῖς ἀγαθῶν. ποῖα δὲ λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι; τὴν Ἀφυΐαν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, ὡς εἴποι ἄν τις ὅτι κεφαλαίῳ. ὃ χεὶρ δυνηχεῖται βοσκημάτων τρόπον, ἀπο-

que ſe potitos eſſe lætantur. Qui autem coronis carent, partim ab Eruditione repudiati recedunt, male ac miſere affecti; partim ignavia debilitati, cum ad Tolerantiam aſcendiſſent, retro redeuntes, nullo certo itinere oberrant. Mulieres vero, eos aſſectantes, quæ ſunt? Ærumnæ, inquit, & Moleſtiæ, & Deſperationes, & Ignominiæ, & Ignorationes. Si ita eſt, ut dicis, mala omnia eos aſſectantur. Utique profecto mala omnia. Cum vero iſti in primum ſeptum ad Luxuriam & Incontinentiam redierunt, non ſemetipſos accuſant: ſed ſtatim & Eruditioni, & id iter ingreſſis maledicunt, ut ærumnoſis; & miſeris atque infelicibus, qui ea vita, quam ipſi agant, relicta, male vivant, nec perfruantur ipſorum bonis. Quæ vero bona eſſe dicunt? Luxum, & Incontinentiam, ut ſummatim dicam. Nam pecudum more gulæ ſervire, maximorum bonorum

ἀπόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν ἡγοῦνται εἶ). αἱ δὲ ἕτεραι γυναῖκες αἱ ἐκεῖθεν προσιόμεναι, ἵλαραί τε καὶ γελῶσαι, τίνες καλοῦνται; Δόξα, ἔφη. καὶ ἀγαγοῦσαι πρὸς τὴν Παιδείαν τὰς εἰσελθόντας πρὸς τὰς Ἀρετὰς, ἀναχάμπτουσιν ὅπως ἑτέρας ἀγάγωσι, καὶ ἀναγγείλωσιν ὅτι εὐδαίμονες ἤδη γεγόνασιν ἐκ τοῦ τότε ἀπήγαγον. πότερον ἐν, ἔφην ἐγώ, αὗται εἰσὶν πρὸς τὰς Ἀρετὰς εἰσπορεύονται; ἔφη, οὔ. ἐγὼ δέμις Δόξαν εἰσπορεύεσθαι πρὸς τὴν Ἐπιστήμην, ἀλλὰ τῇ Παιδείᾳ προσδιδόασιν αὐτάς. εἶτα, ὅταν ἡ Παιδεία προσκαλέσῃ, ἀναχάμπτουσιν αὗται πάλιν, ἄλλας ἄξουσαι. ὥσπερ αἱ νῆες, τὰ φορτία ἐξελόμεναι, πάλιν ἀναχάμπτουσιν, καὶ ἄλλων τινῶν γεμίζονται. ταῦτα μὲν δὴ καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφην, ἐξηγῆσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνο ἐκέπω ἡμῖν δεδήλωκας τί προσήκει ὃ Δαιμόνιον τοῖς εἰσπορευομένοις εἰς τὸν βίον ποιεῖν; παρρεῖν, ἔφη. ὀρθῶς ἐξηγήσασθε. πάντα γὰρ ἐξηγήσομαι, καὶ οὐδὲν παραλείψω. καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἐκτεί-

νας

rum esse fructum opinantur. Alteræ vero mulieres illinc profectæ, hilares, & ridentes, quibus nominibus appellantur? Opiniones, inquit: & perductis ad Eruditionem iis qui ad Virtutes sunt ingressi, redeunt, ut alios adducant, atque renuncient, eos quos illo adduxerint, jam beatos esse factos. Utrum igitur, inquam, istæ ad Virtutes ingrediuntur? Non, inquit: neque enim fas est Opinionem intrare ad Scientiam, sed Eruditioni illos tradunt. Quos cum eruditio susceperit, redeunt istæ, rursus alios adducturæ; veluti naves, expositis sarcinis reductæ, aliis rebus onerantur. Ista quidem mihi recte explicare videris. Sed illud nondum declarasti, quid Genius in vitam introeuntibus præcipiat. Ut bonis animis sint, inquit. Quare bonis animis este & vos. Enarrabo enim omnia, neque quicquam prætermittam. Recte dicis, inquam. Rursus igitur exten-

ta

νας ὧν τιὼ χεῖρα πάλιν, ὁρᾶτε, ἔφη, τιὼ γυναῖκα ἐκείνων, ἣ δοκεῖ τυφλή τις εἶναι, καὶ δὴ λίθῳ ἐφεστάναι, ἵνα καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον ὅτι Τύχη καλεῖται; ὁρῶμεν. ταύτῃ κελεύει, ἔφη, μὴ πιστεύειν, καὶ βέβαιον μηδὲν πιστεύειν, μηδὲ ἀσφαλὲς ἔχειν, ὅ, τι ἂν παρ' αὐτῆς λάβῃ τις, μηδὲ ὡς ἴδια ἡγεῖσθαι. ἐᾷ γὰρ κωλύει ταῦτα πάλιν ἀφελέσθαι, καὶ ἑτέρῳ διδόναι· πολλάκις γὰρ τοῦτο εἴωθε ποιεῖν. καὶ διὰ ταύτην οὖν τιὼ αἰτίαν κελεύει πρὸς τὰς ἑαυτῆς δόξεις ἀκλινεῖς γίγνεσθαι, καὶ μήτε χαίρειν ὅταν διδῷ, μήτε ἀθυμεῖν ὅταν ἀφέληται, καὶ μήτε ψέγειν αὐτιὼ, μήτε ἐπαινεῖν. οὐδὲν γὰρ ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, πάντα, ὥσπερ πρότερον ὑμῖν ἔλεξα. διὰ τοῦτο οὖν δαιμόνιον κελεύει, μὴ θαυμάζειν ὅ, τι ἂν προσπίπτῃ αὐτῇ, μηδὲ γίγνεσθαι ὁμοίως τοῖς κακοῖς περιπεζίταις. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι δ' ἀργύριον παρὰ τοῦ ἀνθρώπου, χαίρουσι, καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι. ὅταν δὲ

ta manu, Videtis, inquit, mulierem iſtam, quæ cæca eſſe videtur, & rotundo ſaxo inſiſtere, quam vobis modo dixi Fortunam appellari? Videmus. Huic, inquit, fidem habere vetat, aut quicquam firmum putari, quod illi acceptum referatur. Nihil enim obſtare, quo minus ea eripiat, & alteri tradat. Sæpe enim eam hoc facere ſolere. Ob eam igitur cauſam monet, ne vincantur illius muneribus; neve gaudeant cum largiatur; neve doleant cum eripiat: utque eam neque laudent, neque vituperent. Neque enim quicquam conſulto facere, ſed temere atque inconſiderate, ſicut ante vobis dixi. Quare Genius monet, ne mirentur, quicquid illa faciat: neve malos menſarios imitentur, qui accepta ab aliis pecunia gaudeant tanquam ſua; eademque repetita

δὲ ἀπαγτῶνλαι, ἀγαναπλῶσι, καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι· οὐ μνημονεύοντες, ὅτι ὅπη τούτῳ ἔλαθον τὰ θέματα, ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύειν ⟨illegible⟩ θέμενον πάλιν κομίζεσθαι. ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν ὁ Δαιμόνιον καὶ πρὸς τὸν περὶ αὐτῆς δόξιν· καὶ μνημονεύειν, ὅτι τοιαύτην ἔχει φύσιν ἡ Τύχη, ὥστε ἃ δέδωκεν ἀφελέσθαι, καὶ ταχέως πάλιν δοῦναι πολλαπλάσια· αὖθις δὲ ἀφελέσθαι ἃ δέδωκεν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ προὐπάρχοντα. ἃ γοῦν διδῷ, κελεύει λαμβάνειν περὶ αὐτῆς, καὶ σωτόμως ἀπελθεῖν ἔχοντα πρὸς τὴν βεβαίαν καὶ ἀσφαλῆ δόξιν. ποίαν ταύτην; ἔφην ἐγώ. ἣν λήφονται περὶ τὴ Παιδείας, ἣν Σοφισταὶ ὠσιν ἐκεῖ. αὕτη δὲ τίς ἐστιν; ἡ ἀληθὴς Επιστήμη, ἔφη, περὶ συμφερόντων, καὶ ἀσφαλὴς δόσις, καὶ βεβαία, καὶ ἀμεταβλητος. φοβοῦμαι οὖν κελεύει σωτόμως πρὸς ἑαυτὸν· καὶ ὅταν ἔλθωσι πρὸς τὰς γυναῖκας ἐκείνας, ἃς καὶ πρότερον εἶπον, ὅτι Ακρασία καὶ Ηδυπάθεια καλοῦνται, καὶ ἐντεῦθεν κελεύει

indignentur, atque injuriam ſibi factam putent: obliti nimirum, ea conditione apud ſe fuiſſe depoſitam, ut abſque ullo impedimento à creditore reciperetur. Eodem ergo modo jubet Genius erga ejus munera eſſe affectos: & id Fortunæ eſſe ingenium meminiſſe, ut &, quæ dederit, eripiat, & ſubito longe plura largiatur, rurſuſque auferat ea quæ dederat: nec ea ſolum, ſed illa etiam quæ illi ante habuerint. Quæ igitur det, accipi jubet ab ea; iiſque acceptis quam primum accedi ad conſtantem & tutam largitionem. Quænam illa eſt? inquam. Quam ab Eruditione ſunt accepturi, ſi eo pervenerint incolumes. Ea vero quæ eſt? Vera ſcientia, inquit, rerum utilium, largitioque conſtans, tuta & immutabilis. Quare celeriter ad hanc jubet confugi: cumque ad mulieres illas, quas ante dixi Incontinentiam & Luxuriam appellari, pervenerint, etiam ab iis ſtatim diſcedi, ac ne his quidem fidem ha-

λθύει σωφρόμως ἀπαλλάττεσθαι, καὶ μὴ πειρᾶσθαι μηδὲ ταύτας μηδὲν, ἕως ἂν πρὸς τὴν Ψευδοπαιδείαν ἀφίκωνται. κελεύει οὖν αὐτοῖς χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι, καὶ λαβεῖν ὅ, τι ἂν βέλωνται παρ' αὐτῆς, ὥσπερ ἐφόδιον. εἶτα ἐντεῦθεν ἀπέναι πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν σωφρόνως. ταύτην δέ ἐστιν, ἣ προστάσσει ὁ Δαιμόνιον. ὅσις τοίνυν παρ' αὐτὰ τι ποιεῖ ἢ παρακούει, ἀπόλλυται κακὸς κακῶς. ὁ μὲν δὴ μῦθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν πίνακι, τοιοῦτος ἡμῖν ἐστίν. εἰ δὲ δεῖ τι προσπύθεσθαι περὶ ἑκάστου τούτων, οὐδεὶς φθόνος· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν φράσω. καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ τί κελεύει αὐλοὺς ὁ Δαιμόνιον λαβεῖν παρὰ τῆς Ψευδοπαιδείας; ταῦθ' ἁδοκεῖ εὐμηχάνως εἶναι. ταῦτ' οὖν τίνα ἐστί; γράμματα, καὶ ταῦτα παρ' ἄλλων μαθημάτων· ἃ δὲ Πλάτων φησὶν ὠφελεῖ χαλινὸν τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα παρεκκρούσωσιν. πότερον δὲ ἀνάγκη ταῦτα λαβεῖν, εἰ μέλλοι τις ἥξειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, ἢ οὔ; ἀνάγκη μὲν οὐδεμία, ἔφη, χρήσιμα μὴν

beri ullam : donec ad Falſi nominis Eruditionem progreſſi fuerint. Apud hanc vero ad tempus eos commorari jubet. & quicquid voluerint, ab eo pro viatico accipere: Poſt celeriter inde ad Veram Eruditionem contendere. Hæc ſunt mandata Genii : quæ qui aut non obſervat, aut non recte accipit, malus male perit. Ac fabula quidem, hoſpites, quam Tabula continet hujuſmodi eſt. Si quid vero amplius de horum unoquoque percontari placet, licebit. Ego enim vobis dicam. Recte, inquam, dicis. Quid ergo eos Genius à Falſi nominis Eruditione jubet accipere? Ea quæ uſui eſſe videntur. Quænam illa ſunt? Litteræ, inquit, & cæteræ diſciplinæ, quas & Plato adoleſcentibus fræni eſſe inſtar ait, ne aliis rebus diſtrahantur. Num vero neceſſe eſt iſtas accipere eum qui ad Veram Eruditionem pervenire velit, an non? Nulla id quidem neceſſitas cogit. Nam commodæ illæ quidem ſunt, ſed ad incrementa virtutis ni-

μὴν τοί ἐστι. πρὸς δὲ ὃ βελτίους γενέσθαι ὠδὲν συμβάλλεται ταῦτα. οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἰ πρὸς ὃ βελτίους ἡμέσθαι ἀνδρας; ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι. ὅμως δὲ οὐκ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστιν, ὡς γὰρ διερμηνέως συμβάλλομαι τὰ λεγόμενά ποτε, ὅμως μήν τοι γε σοὶ ἄχρηστον ἦν, καὶ ἡμᾶς αὐτὲς τὴν φωνὴν ἀκριβεστέραν ἔχειν, κἂν τι σωφρονῶμεν. οὕτω κἀνθάδε τούτων τῶν μαθημάτων ὠδὲν κωλύσει ἡμέσθαι. πότερον ὠδὲν προέχουσιν ἢ τοὶ οἱ μαθηματικοὶ πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; πῶς μέλλουσι προέχειν, ἐπειδὰν φαίνωνται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ὅτι κεκλεισμένοι εἰσὶ πάσης κακίας; ὠδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲ γραμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως ἢ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον, καὶ ἄδικον, καὶ προδότην, καὶ τὸ πέρας ἄφρονα. ἀμέλει πολλοὺς τοιούτους ἔστιν ἰδεῖν. πῶς οὖν ἔστι προέχουσιν, ἔφη, εἰς τὸ βελτίους ἄνδρας ἡμέσθαι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων; εὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου.

ἀλλὰ

hil conferunt. Itane eas nihil conferre ad id dicis ut viri meliores evadamus? Licet enim vel ſine his fieri meliores, inquit. Neque tamen inutiles ſunt etiam iſtæ. Ut enim aliquando per interpretem ea quæ dicuntur cognoſcimus; & tamen non incommodum fuerit, nos ipſos illius linguæ accuratiorem habere cognitionem, quamvis aliquid per interpretem perceperimus: ſic diſciplinis iſtis carere, nihil eſt quod vetet. Non ergo meliore conditione ſunt cæteris iſti Mathematici, nec facilius poſſunt fieri meliores? Quo pacto inquit, præſtarent cæteris, cum eos de rebus bonis & malis non minus ſentire perperam conſtet, quam cæteros mortales, & omni adhuc vitiorum genere conſtrictos teneri? Nihil enim vetat, noſſe literas, & tenere diſciplinas omnes: & æque tamen eſſe ebrioſum, intemperantem, avarum, injurium, proditorem, denique amentem. Multos certe quidem tales videre licet. Quæ ergo, inquit, iſtorum quaſi prærogativa eſt ob iſtas diſciplinas, ut in viros evadant me-

ἀλλὰ τί ἐστιν, ἔφην ἐγώ, ὃ αἴτιον, ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ πρεσβόλῳ ἀμφισβητοῦσιν, ὥσπερ ἐγγίζοντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν; καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτοὺς, ἔφη, ὅταν πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν προαγιγνομένους ἐκ τοῦ πρώτου πρεσβόλου ὑπὸ τῆς Ακρασίας, καὶ τῆς ἄλλης κακίας, εἰς τὸν τρίτον πρέσβολον, πρὸς τὴν Παιδείαν τὴν ἀληθινὴν, οἱ τούτους τοὺς μαθηματικοὺς προκαλάτζουσιν; ὥστε, πῶς ἔτι προέχουσιν ἄρα ἢ ἀκινητότεροι, ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι. πῶς, ἔφην, τοῦτο, ἐγώ. ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ πρεσβόλῳ εἰ μηδὲν ἄλλο, προσποιοῦνταί γε ἐπίστασθαι, ἃ οὐκ οἴδασιν. ἕως δ' ἂν ἔχωσι τοιαύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀναίσχη ἕξει πρὸς τὸ ὁρμᾶν πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν. εἶτα τὸ ἕτερον οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ αἱ δόξαι ἐκ τοῦ πρώτου πρεσβόλου εἰσπορεύονται πρὸς αὐτοὺς ὁμοίως; ὡς τε οὐδὲν ἧττοι ἐκείνων βελτίους εἰσὶν, ἐὰν μὴ καὶ τούτοις σωτὴρ Μελέμελεια, καὶ πείθωσιν. ὅτι δὲ Παιδείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ Ψευδοπαιδείαν, δι' ἣν ἀπατῶνται. οὕτω δὲ ἀμηχάνως ἔχουσιν, ὡς οὐκ ἄν ποτε σωθεῖεν.

καὶ

liores? Nulla omnino esse videtur, siquidem ita se res habet. Sed quæ causa est, inquam, cur in secundo versentur septo, tanquam Veræ eruditioni vicini? Et quidem, inquit, inde capiunt fructum? cum sæpe videre liceat aliquot è primo septo ab Incontinentia cæterisque vitiis in tertium septum pervenire ad veram Eruditionem, qui istos disciplinarum sectatores prætereunt. Quis ergo jam dicat, eos præstare cæteris? Aut igitur segniores sunt, aut minus dociles. Quomodo istud? inquam. Quia, qui in secundo septo sunt, ut nihil aliud, illud certe peccant, quod ea se scire profitentur quæ nesciunt. Qua opinione dum imbuti sunt, segniores eos esse necesse est ad veram eruditionem expetendam. Deinde alterum illud non vides, ut Opiniones etiam è primo septo adhuc ad eos commeent? Quare nihilo cæteris hi meliores sunt, nisi cum ipsis etiam Pœnitentia se conjunxerit, persuasumque habuerint, non vera, sed Falsi nominis eruditione se esse præditos, à qua in errores inducantur, eoque statu rerum salvi atque

incolumes

καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ξένοι, ἔφη, οὕτω ποιεῖτε, καὶ σκοπεῖσθε τοῖς λεγομένοις, μέχρις ἂν ἔξιν λαβεῖν. ἀλλὰ χρεὶ τῆσι αὐτῶν πολλάκις δεῖ σκοπεῖν, καὶ μὴ σκαλείπειν. τὰ δ' ἄλλα πάρεργα ἡγήσασθε. εἰ δ' μή, οὐδὲν ὄφελος ἔσται ὧν νῦν ἀκήκοατε. ποιήσομεν. τί δὲ ἐξήγησαι, πῶς ἂν ἔστιν ἀγαθά, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι χρὰ τῆ Τύχης; οἷον τὸ ζῆν, τὸ ὑγιαίνειν, τὸ πλουτεῖν, τὸ εὐδοξεῖν, τὸ τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾶν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις χρὰ πλήσια; ἢ πάλιν, τὰ ἐναντία πῶς οὐκ ἔστι κακά; πάνυ γὰρ ἡμῖν χρὰ δοξον καὶ ἄπορον δοκεῖ τὸ λεγόμενον. ἄγε τοίνυν πειρῶ, ἔφη, ἀποκρίνασθαι τὸ φαινόμενον, χρεὶ ὧν ἄν σε ἐρωτῶ. ἀλλὰ ποιήσω τοῦτο, ἔφην ἐγώ. πότερον οὖν κᾆν κακῶς τις ζῆ, ἀγαθὸν ἐκεῖνο; ἔμοι δοκεῖ, ἀλλὰ κακόν, ἔφην ἐγώ. πῶς οὖν ἀγαθόν ἐστι τὸ ζῆν; ἔφη, εἴπερ τοῦτο ἐστι κακόν; ὅτι τοῖς μὲν κακῶς ζῶσι, κακόν μοι δοκεῖ εἶναι, τοῖς δὲ καλῶς, ἀγαθόν. καὶ κακὸν ἆρα λέγεις τὸ ζῆν, καὶ ἀγαθὸν εἶναι; ἔγωγε. μὴ οὖν ἀπλῶς λέγε. ἀδιάφορον γάρ, τὸ αὐτὸ πρᾶγμα καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι. ἔστω γὰρ μὲν καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη, καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν ἄμα

ἀεί.

incolumes esse nequeant. Et vos igitur, hospites, inquit, nisi ita feceritis, & in iis quæ diximus, diu multumque versati fueritis, donec habitum acquiratis, (nam sæpius eadem revolvenda sunt, nec intermittenda, sed cætera præ his supervacanea putanda,) nullus vobis eorum usus erit quæ auditis. Faciemus. Sed hoc declara, cur bona non sint ea quæ homines à Fortuna accipiunt; ut vita, sanitas, divitiæ, gloria, liberi, victoria, cæteraque his similia, contraque ea quæ his adversantur, cur mala non sint? Omnino enim admirabilis, & incredibilis ista nobis videtur oratio. Age ergo: da, inquit, operam, ut ad ea, quæ rogabo, id respondeas quod tibi videtur. Ita faciam, inquam. Utrum igitur etiam ei, qui male vivit, bonum est vivere? Non videtur mihi, sed malum. Quo pacto ergo, inquit, bonum est vivere si illi malum est? Quia ut male viventibus, malum mihi videtur vivere, ita bene, bonum. Et malum igitur esse dicis vivere, & bonum? Ego vero. Cave absurde loquaris. Neque enim fieri potest, ut res eadem & mala & bona

ἀεί. ἀπίθανον μέν. ἀλλὰ πῶς, εἰ τὸ κακῶς ζῆν, ὧν ἂν ὑπάρχοι, κακόν πι ὑπάρχῃ αὐτῷ, κακὸν αὐτὸ ὃ ζῆν ἐστίν; ἀλλ' ὃ τὸ αὐτὸ, ἔφη, ὑπάρχῃ τὸ ζῆν τῷ κακῶς ζῆν· ἢ ὃ σοι φαίνεται; ἀμέλει ὃ δ' ἐμοὶ δοκεῖ τὸ αὐτὸ εἶναι. τὸ τοίνυν ζῆν ὃ κακόν ἐστι· ἐπεὶ εἰ ἐῶ κακὸν, τοῖς ζῶσι καλῶς κακὸν δὴ ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν, ὅπερ ἐστὶ κακόν. ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν. ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέροις συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς κακῶς ζῶσι, καὶ τοῖς καλῶς, ὃκ ἂν εἴη ἔτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν, ἔτε κακόν. ὥσπερ ὃδὲ τὸ τέμνειν, καὶ καίειν. ἐν τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν ἐστὶ νοσερὸν καὶ ὑγιεινόν. ὃκ ἔστω καὶ ὅτι τῷ ζῆν ἐστι ταῦτα. σὺ τοίνυν ὕτω θεώρησον. πότερον ἂν βέλτιο ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθανεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως; ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς. ὃκ ἂν ὃδὲ τὸ ἀποθανεῖν κακόν ἐστι, εἴπερ αἱρετώτερόν ἐστι πολλάκις τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν. ἔστι ταῦτα. ὃκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ὑγιαίνειν, καὶ νοσεῖν. πολλάκις γὰρ ὃ συμφέρει ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τὐναντίον, ὅταν ἡ περίστασις ἰδιαύτη. ἀληθῆ λέγεις. ἄγε δὴ, σκεψώμεθα καὶ περὶ τοῦ πλυτεῖν ὕτως· εἴγε θεωρεῖν ἐστιν ὡς πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν ὑπάρ-

bona ſit. Sic enim & utilis erit & noxia, ſimulque ſemper & expetenda & fugienda. Abſurdum id quidem. Sed, ſi is, qui male vivit, malum habet; quo pacto ipſa vita mala erit? Atqui non idem eſt, vivere, inquit, & male vivere. An non & tibi videtur? Profecto nec mihi videtur eſſe idem. Vivere igitur non eſt malum. Malum enim ſi eſſet, etiam bene viventibus utique eſſet malum. Vitam enim haberet, quæ malum eſſet. Vera mihi videris dicere. Quia ergo fit ut vita utriſque ſuppetat, tam male quam bene viventibus, vivere neque malum fuerit, neque bonum; ſicut neque ſecare & urere. Nam ægrotantibus quidem ea ſalubria ſunt, ſanis vero noxia. Eodem igitur modo, & vita ſe habet. Proinde ſic tu rem conſidera: Malleſne male vivere, an mortem bene oppetere, ac fortiter? Ego vero honeſte mori. Ergo neque mori eſt malum. Siquidem oppetere mortem ſæpe magis eſt expetendum, quam vivere. Sunt iſta. Eadem ego eſt & ſanitatis ratio & morborũ. Sæpe enim valere nõ prodeſt, ſi caſus aliquis ita tulerit. Vera dicis.

Age

ὑπάρχοντα τινὶ πλοῦτον, κακῶς ἢ ζῶντα τοῦτον καὶ ἀθλίως. νὴ Δία πολλῆς γε. ἐκεῖν ἐδὲν τέρπεις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν καλῶς. ἐ φαίνεται). αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν. ἐκεῖν τὸ παιδαίους εἶναι ἐχ ὁ πλοῦτος ποιεῖ, ἀλλὰ ἡ Παιδεία. εἰκός γε. ἐκ τέτε ἄρα τῷ λόγῳ πῶ ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, εἴπερ ἐ βοηθεῖ τοῖς ἔχεσιν αὐτὸν εἰς τὸ βέλτιους εἶναι; φαίνεται. ὅτως ἐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλυτεῖν, ὅταν μὴ ὀρθῶς κανται τῷ πλέτῳ χρῆσθαι. δοκεῖ μοι. πῶς ἂν τοῦτο ἀν τις κρινεῖ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις ἐ συμφέρει ὑπάρχειν; ἐδαμῶς. ἐκοῦν εἰ μέν τις ὀρθῶς κεται πλέτῳ χρῆσθαι καλῶς καὶ ἐμπείρως, δῦ βιώσεται· εἰ δὲ μὴ, κακῶς. ἀληθέστατά μοι δοκεῖς τοῦτο λέγειν. καὶ τὸ συμφέρον δὲ, τὸ τιμᾶν ταῦτα ὡς ἀγαθὰ ὄντα, ἢ ἀτιμάζειν ὡς κακά, τοῦτό ἐστιν τὸ παράτολον τὰς ἀνθρώπους καὶ βλάπτον, ὅταν τιμῶσί τε ἀυτὰ, καὶ οἴονται δίκαια τέτων μόνων δύσθαι μονεῖν, καὶ πάνυ ἐπιμελῶς παρέχεσιν ἕνεκα τέτων, καὶ τὰ ἀσεβέστατα δοκοῦντα εἶναι). ταῦτα δὲ πάσχουσι διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἄγνοιαν.

ΤΕΛΟΣ.

Age vero,& divitias eodẽ modo conſideremus: ſi modo illud conſiderare eſt, quod ſæpe videre licet, eundem & habere divitias,& male miſereque vivere. Mehercule multos. Nihil ergo eis divitiæ conferunt ad bene, beateque vivendum? Non videtur, cum ipſi mali ſint. Viros ergo bonos, non divitiæ,ſed Eruditio facit. Probabile quidem eſt. Hac ergo ratione Divitiæ quei bonum ſunt,cum poſſeſſores ſuos in eo non adjuvent ut fiant meliores? Ita videtur. Ergo nonnullis ne expedit quidem eſſe divites,cum divitiis uti neſciant. Mea quidem opinione. Quo pacto ergo id quiſquam bonum judicabit, quod ſæpe nullo modo ſuppetere poteſt? Nullo pacto. Si quis ergo divitiis bene & perite uti ſcierit,bene vivet:ſin minus,male. Veriſſima dicere mihi videris. Ad ſummã, quia hæc aut in pretio ſunt, ut bona; aut in contemptu, ut mala; id ipſũ eſt quod homines perturbet & lædat, cum ſcilicet ea mortales magnifaciunt, ſeque per ea ſola Felicitatis fore compotes opinantur: eorumque cauſa ordine faciunt omnia, etſi maxime impia eſſe videantur. Hæc vero eis accidunt, quia,quid bonum ſit ignorant.

FINIS.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ

Ηθικοὶ

ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.

THEOPHRASTI

CHARACTERES

ETHICI.

✻✻✻:✻✻✻✻✻✻ ✻✻✻✻✻✻✻✻

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ

ΗΘΙΚΟΙ

χαρακτῆρες.

Κεφ. α'.

ΔΗ μὲν ὦ φέρτερον πολλάκις ὄπισθάς τὴν δεξίνοιαν, ἐθαύμασα, ἴσως δ' ἂν παύσομαι θαυμάζων, τί δήποτε τὴν Ελλάδ' ὁ αὐτὸν ἀέρα κεκλήκῃς, καὶ πάντων τῶν Ελλήνων ὁμοίως παρδιομένων, συμβέβηκεν ἡμῖν ἐν τῷ αὐτῷ τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν. ἐγὼ γὰρ, ὦ Πολύκλεις, σωθεωρήσας ἐκ πολλοῦ χρόνου τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα, ἔτι δ' ὠμληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι, καὶ πεπειραμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τῶν

π

THEOPHRASTI
CHARACTERES ETHICI.

CAP. I.

SÆPE equidem jam antè quum hac de re attentius cogitare cœpiſſem, miratus ſum, ſed nec mirari fortaſſe deſinam, quid cauſæ ſit, cur quum Græcia omnis eidem cœlo ſubjecta ſit, quum etiam Græci omnes eodem modo inſtituantur: non omnes tamen iiſdem moribus utamur. Ego ſiquidem, mi Polycles, quo à multo tempore hominum naturas eſſem contemplatus (quippe qui annos nonaginta novem jam vixerim, & cum multis atque omnis generis naturæque hominibus ſim verſatus) quum, inquam, diligentia

τε ἀγαθὲς τῆ ἀνθρώπων καὶ τὲς φαύλως· ὑπελάβον δῆν συγγράψαι ἃ ἑκάστοις αὐτῆ δόκιμα δύναιν ἐν τῷ βίῳ. ἐκδόσω δέ σοι κτῆ γίνομ. ὅσα τε τυγχάνει γένη προπων τέτοις προσκείμενα, καὶ ὧν πρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρώνται. ὑπολαμβάνω γὰ, ὦ Πολύκλεις, τὲς υἱὲς ἡμῆ βελτίως ἔσεσθαι, καὶ λειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιέτων· οἷς ἂν δειγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐχημονεσάτοις συνῆναί τε καὶ ὁμιλῆν, ὅπως μὴ καὶ δέστεροι ὦσιν αὐτῆ. πρέπομεν δὲ ἤδη ὅπ ἂν λέγον· σὸν δὲ, ἂν ἀκούσῃ τε καὶ εἰδῆσαι εἰ ὀρθῶς λέγω. πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι λόγον ἀπὸ τῆ τοῦ εἰρωνείᾳ ἐζηλωκότων, ἀφεὶς ὃ προοιμάζεσθαι, καὶ πολλὰ περὶ τὸ πράγμα. λέγειν. καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, καὶ ὁρισῦμαι αὐτοῦ· εἶτ' ὕστως καὶ ἂν εἰρωνα διέξιμι, ποῖός τίς ἐστι, καὶ εἰς τίνα πρόπον καθενδύεται· καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῆ παραπλησίων, ὥσπερ ὑπεριδέμενοι, πειράσομαι καλὰ γίνομ. φανερὰ καθαστῆσαι.

Κεφ.

magna & probos ſimul & improbos homines conſideraſſem, atq; inter ſe comparaſſem; faciendum duxi, ut quæ ſit vitæ degendæ utrorumq; ratio hoc ſcripto complecterer. Exponam autem tibi generatim, cum omnes morum ſpecies quibus illi ſunt præditi, tum quis ſit illorum vitæ quotidianæ modus. Liberos enim noſtros, mi Polycles, fore meliores exiſtimo, ſi monumenta ipſis hujuſcemodi reliquerimus, quæ ſibi pro exemplo proponentes, optimè moratos quoſq; ſint electuri, quibuſcum verſentur & conſueſcant, ut in viros tandem nihilo illis deteriores evadant. Sed jam ad rem ipſam me accingam. Tuum erit, ad ea quæ dicam, animum advertere, & an rectè dicam, pernoſcere. Igitur, miſſis præfationibus, & iis quæ multa poterant de re afferri, initium dicendi faciam ab illis qui cavillationem amplexi ſunt; vitiumq; ipſum primo definiam: deinde cavillatorem hominem deſcribam qualis ſit, & qui ejus mores. Poſtea vero alias quoque animi affectiones generatim, ut ante diximus, explicare conabimur.

Κεφ. β'.

ΠΕΡΙ ΕΙΡΩΝΕΙΑΣ.

Η Μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν, προσποίησις ὅπῃ ὃ χεῖρον φαίνεται λόγων. ὁ δ' εἴρων, τοιοῦτός τις ὤν, οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐντέλει λαλεῖν ὑμῖν, καὶ ἐπαινεῖν φρονῶν οἷς ἐπέλθοιτο λάθρα, καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι πεπλωμένοις· καὶ συγγινώμην δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι, καὶ ὅπῃ τοῖς καθ' ἑαυτὸν λεγομένοις· καὶ πρὸς τοὺς ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας ταχέως ἁμαλέγεσθαι. καὶ τοῖς ἀντυχαίνειν καὶ παιδιὰ βουλομένοις, προσάξαι ἑπόμενον ἐλθεῖν· καὶ μηδὲν ὧν φαίη, ὁμολογῆσαι, ἀλλὰ φῆσαι βουλεύεσθαι· καὶ προσποιήσασθαι ἄρτι παραγεγονέναι, καὶ ὀφθῆναι αὐτόν; καὶ μαλακιδῆναι. καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐγγυᾶσθαι, ὡς ὑπολαῖ· καὶ μὴ πολλῶν, φήσαι πολλοῦ. καὶ ἀκέσας τι, δόξαι μὴ προσποιεῖσθαι· καὶ

ἰδὼν

CAP. II.

De Cavillatione.

CAvillatio igitur, si quis rudi definitione complecti velit, est cum factorum tum dictorum in deterius fictio. Homo autem cavillator talis est, qui ad inimicos suos adeat, quasi alloqui eos velit, non ampliùs odisse: quiq; illos quibus clam struit insidias, præsentes laudet, & si victi fuerint, eorum vicem doleat. Si quis ipsi maledicat, ei ignoscit, jactaq; in se convitia negligit; cum iis etiam, qui quòd injuriam ab ipso passi sint, queritantur, blandè benigneq; loquitur. Eos qui ipsum confestim conventum velint, jubebit redire iterum. Quicquid agit, clam id habet, & se adhuc deliberare dicit. Idem se modò advenisse fingit: aut sub vesperam venisse, & è via languere. Pecuniam mutuo rogantibus, aut eranum ab ipso exigentibus, nihil vendo, inquit: è contrario cum nihil vendet, tum vendere se affirmabit. Quum quid audiverit, videri volet animum non advertisse. Quum quid vide-

ἰδὼν, φήσῃ μὴ ἑωρακέναι, καὶ ὁμολογήσας μὴ μεμνῆσθαι. καὶ τὰ μὲν σκέψεσθαι φάσκῃ, τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι, τὰ δ' ἀναμάζειν, τὰ δ' ἤδη ποτὲ καὶ ἄλλος ὕστερος διαλογίσασθαι. καὶ ὅλον, ὅλως τῷ τοιούτῳ ζώπυρον τοῦ λόγου μὴ ἅπτεσθαι, οὐ πιστεύω· οὐκ ὑπολαμβάνω· ἐκπλήττομαι. καὶ λέγῃ ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι· καὶ μιᾷ, οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξήει· φαίνεταί μοι δὲ πρᾶγμα· ἄλλῳ τινὶ λέγει· ὅπως δέ σοι ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνῳ καταγνῶ, ἀπορῶμαι. ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ δεῖσθον πιστεύῃς τοιαύτας φωνὰς καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας· ἕως χρεών ἐστιν εὐρεῖν ἐστέον. τὰ δὲ τῆς ἡδονῆς μὴ ἁπλᾶ, ἀλλὰ βασίβυλα, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τὰς ἔχεις.

Κεφ. γ'.

ΠΕΡΙ ΚΟΛΑΚΕΙΑΣ.

ΤΗΝ δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι, συμφέρουσάν τῳ πρὸς κολακεύοντα. ὃν δ' κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥστε προσιόμενον ἅμα

rit, negabit vidiſſe. Pactus aliquid, negabit ſe meminiſſe. De aliis dicit ſe cogitaturum, alia neſcire, mirari alia: de quibuſdam ſe quoq; jam antè ſimiliter cogitaſſe. Deniq; frequens omnino in ejus ore hujuſmodi eſt oratio, Non credo. Non puto. Obſtupeſco. Seſe etiam alium fuiſſe dicet. Item, Atqui non hæc erat ipſius apud me oratio. Res mihi videtur mira, & fidem omnem ſuperare: Quære alium cui iſta narres: Tibíne credam, an illius damnem fidem, neſcio. At tu cave ſis vocibus iſtiuſmodi & involucris ſimulationum recantatis dictis credas: qua re deterior nulla queat reperiri. Enimvero mores hujuſmodi hominum, non ſimplicium ſed inſidioſorum, magis quam viperas fugere debemus.

CAP. III.

De Adulatione.

ADulationem verò putet aliquis eſſe turpem vitæ quotidianæ conſuetudinem, ſed quæ adulatori conducat. Adulator autem is eſt, qui ſi cum aliquo

ἅμα εἰπεῖν, ἐνθυμῆ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο εὐθὺς γίνεται τῆς ἐν τῇ πόλει πλείω ἢ σοί. πολυθρύλητος γὰρ ἐν τῇ στοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καταμένων, καὶ ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιστος, ἀπὸ σοῦ ἀρξαμένους πάντας, ὅτι σὸν ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι. καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα· καὶ ἐάν τι περὶ τοῦ τείχους τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος περισπασθῇ ἄχυρον καρφολογῆσαι· καὶ διηγήσασθαί σοι εἰπεῖν, ὁρᾷς; ὅτι δυσὶν σοι ἡμέραις οὐκ ἐντετύχηκα, πολιὸν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεσόν· καίπερ, εἴπερ καὶ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα. καὶ λέγοντος δέ αὐτοῦ τι, τὸν ἄλλον σιωπᾶν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι σὸν ἀκούοντος· καὶ διαμνημονεῦσαι δέ, εἰ παύσεται, ὀρθῶς. καὶ σκώψαντι ψυχρῶς διηγήσασθαι, τὸ τε ἱμάτιον ὡσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ ὑπὸ μέθης. καταγελᾶν τοῦ γέλωτος· καὶ τὸν ἀπαντῶντας διδόναι μικρὸν κελεῦσαι ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ. καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα

καὶ

liquo ambulet, ei dicat, Viden ut omnes in te oculos convertunt? Fit hoc nemini ex omnibus civibus præterquam tibi. Heri in porticu magnum bonæ existimationis tuæ fructum capiebas. Nam quum homines ibi plus quàm triginta sederent, sermoq; incidisset, quisnã civium esset optimus? Et orsos ab ipso, & in ejusdem nomen simul omnes recidisse. Hæc ille loquitur, aliaq; his similia. Idem ex illius vestimentis, cui assentatur, floccos solet eximere. Quòd si qua vel palea vel festuca à vento acta illius capillamento adhæserit, tollit adulator & simul renidens, En, inquit, quia biduo hoc ego te non vidi, ut canitie barba tibi est referta: atqui tu sanè, qui id ætatis homo sis, habes, ut si quis alius, capillos nigros. Jam si aliquid dicat Ille, hic verò adulator silentiũ omnibus imperare, in os laudare, dicenti voce gestuq; applaudere, & ubi finẽ dicendi fecerit, Dirit, Dictum bene! acclamare. Quòd si in aliquem frigide jocatus fuerit, ridebit illico, vestemque in os sibi indet, quasi risum tenere non queat. In via si qui fiant obvii, sistere gradum jubet, donec

καὶ ἀπίους περιάμμυθον, εἰσενέγκας δεῖναι ὁρῶντος αὐτοῦ· καὶ φιλήσας δὲ εἶπεν, χρηστοῦ παῖδος νεότλια! καὶ εὐωνιάμμυθον. ὃ κρηπῖδας, ὃν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τῶν ὑποδήματος. καὶ προβυλλόμενός τινα τῶν φίλων, προσγραμμὴν εἶπεν, ὅτι πρός σε ἔρχεται· καὶ ἀναστρέψας, ὅτι προσήγγελκα. ἀμελῆ δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς ἀγοράσαι δικαίως ἀπιθυσί. καὶ τῶν ἐστιωμένων, προῶτος ἐπαινέσαι ὃν οἶνον. καὶ σκληκείμμυθον. εἶπεν, ὡς μαλακῶς ἐθίεις! καὶ ἀρέας τὶ τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης φῆσαι, τυτὶ ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι! καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ, καὶ εἰ ὑποβαλέσθαι βέλεται, καὶ ἔτι προσφθλαι αὐτόν. καὶ μὴν ταῦτα λέγων, προὸς ὃν ἐς προσιόντων, ψιθυρίζειν, καὶ εἰς ἑκάτον ἀποβλέπων, τοῖς ἄλλοις λαλεῖν. καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμμυθον τὸ προσκεφάλαια, ἀυλὸς ὑποστρῶσαι. καὶ τὸν οἰκέαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι, καὶ ὃν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι, καὶ τὸν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. ὃ κεφάλαιον, ὃν κόλακα ἔστι θεάσα-

σθ

nec ille transierit. Mala etiam & pyra à se empta domum liberis Illius afferre, & spectante ipso dare moris habet: atq; adeo ipsos osculatus, Probi inquit, patris pullitiē! Crepidas ementi si comes affuerit, pedē dicet ipso calceo esse concinniorem. Adeunte Illo ad amicorū aliquē, cursu præire assentator, & huic quidem, Venit Ille inquit, ad te: statimque reversus, Ego ait, de tuo adventu prænonui. Quæcunq; etiā ad muliebre forum pertinent, didicit iste omnia sedulo & diligenter ministrare. Ex omnibus convivis vinū primus laudat, & illi assiduè assistens, dicit, Ut tu molliter comedis? & de iis quæ mensæ sunt appositā, aliquid attollens, Hoc verò, ait, quā bonum est! Quærere etiā amat, nunquid ille frigeat, nunquid tegi & amplius amiciri velit: & quidem hæc dicens, ad aurem hominis se inclinat, eiq; aliquid insusurrat: in eundem etiam dum alios alloquitur, oculos defixos habet. Pulvinos in theatro puero ademptos, ipse substernit. Domū ait benè & ingeniosè fuisse dimensam & ædificatam: agrum diligenter consitum: imaginem per esse simi-

ἀν πύνλα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα οἷς χαίρειν ἀπολαμβάνει.

Κεφ. δ'.

ΠΕΡΙ ΑΔΟΛΕΣΧΙΑΣ.

Ἡ Δὲ ἀδολεσχία ἔστι μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων. ὁ δὲ ἀδολέσχης, τοιοῦτός ἔστιν οἷος. ὃν μὴ γινώσκῃ, τούτῳ προσκαθεζόμενος. πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα ὃ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι· εἶτ' ὧν εἶχεν ὄπτ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν. εἶτα δὴ προχωροῦντος. τὸ πράγματος, λέγειν ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων· καὶ ὡς ἄξιοι γενόμενοι οἱ πυθοὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ· καὶ ὡς πολλοὶ ὀπτῶμενοι ξένοι· καὶ τὸν Δολατῖνον ἐκ Διονυσίων πλοῖμον εἶη· καὶ, εἰ ποιήσειέν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι· καὶ, ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσῃ. καὶ, ὡς χαλεπόν ἔστι τὸ ζῆν· καὶ, ὡς Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστοις

δᾳδα

similem. In summa, assentatorem semper videas & facere omnia & dicere quæ audientibus putat fore grata.

CAP. IV.

De Garrulitate.

GArrulitas est longorum & inconsideratorum sermonum effutitio. Garrulus autem ejusmodi est, qui vel apud ignotum juxtim ei assidens, uxoris suæ laudes prædicare instituat: deinde quod præcedenti nocte somniaverit, id narret: tum quæcunq; in cœna sibi fuerint apposita, omnia sigillatim recenseat. Mox vero ubi incaluerit, homines hujus seculi dicet esse antiquis deteriores: frumenta in foro vili venisse pretio: peregrinos esse in urbe quamplurimos: mare statim à Dionysiis patere navibus: & si Jupiter pluerit, eorum quæ terra conduntur meliorem fore proventum: seque agrum suum in sequentem annum esse culturum: ait etiam vivendi rationes esse perdifficiles: & quum Mysteria agitarentur, Dampippum facem omnium maximam statuisse.

δᾷδα ἔχησε. καὶ, πόθεν εἰσὶ κίονες τῇ Ὠδείῳ, καὶ, χαλκᾶς ἤμεσα. καὶ, τίς ἔστιν ἡμέρα σήμερον; κἂν ἀπομένῃ τις ἀκίθον, μὴ ἀφίσασθαι. καὶ ὡς βοηδρομιῶνος. μὴ ἔστι τὰ μυστήρια, Πυανεψιῶνος. ἢ Ἀπατούρια, Ποσειδεῶνος. ἢ τὰ κατ' ἀγρὸς Διονύσια. πρασείσθαι ἢ χρὴ τοὺς τοιούτους τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μαχαίριον ἀπαλλάττεσθαι, ὅς τις ἀπύρεθος. βέλεται εἶναι. ἔργον δὲ σωφρονεῖσθαι τοῖς μήτε ἀρκοῦσι, μήτε σπουδοῖς μαγινώσκουσιν.

Κεφ. ε'.

ΠΕΡΙ ΑΓΡΟΙΚΙΑΣ.

ΗΔΕ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀγαθῶν. ὁ δ' ἄγροικος, τοιοῦτός τις οἷος κωκῶσαι πρὸς εἰς ἐκκλησίαν πορεύεσθαι· καὶ δοῦναι φάσκειν εὐθὺν τῷ δήμῳ ἥδιον ὄζειν. καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν. καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν. καὶ τοῖς μὴ φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιέναι, πρὸς δὲ τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας ἀνακοινοῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων· καὶ τοὺς

isse. Quærit etiam, quot sint Odei columnæ: & heri, ait, vomui: & Quotus hic est mensis dies? Quod si quis patientem se præbeat, nunquam ille ab eo discedat. Narrabit Mysteria mense Boëdromione, Apaturia Pyanepsione, Posideone verò quæ ruri agitantur Dionysia, solita celebrari. Id genus homines demissis manibus, grandiq; gradu fugiat oportet, quisquis febre carere volet. Difficile enim est cum iis durare, qui neque otii neque negotii tempora distinguere norunt.

CAP. V.

De Rusticitate.

RUsticitas vero honestatis & decori ignoratio videri queat. At rusticus is est, qui hausto pharmaco in concionem nihilominus prodeat: quique unguentũ non suavius fragrare thymo dicat: calceos gestat pede grandiores: voce etiam alta loqui suevit. Amicis necessariisq; suis parum fidens, de rebus maximis ad famulos refert: quæcunq; in concione audivit, omnia mercenariis

τοῖς πρὸ αὐτῷ ἐργαζομένοις μαθητοῖς ἐν ἀγρῷ, πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι. καὶ ἀναβεβληκέναι ἄνω τοῦ γόνατος, καὶ ζώνεσθαι, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτῆ φαίνεσθαι. καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὴ μήτε θαυμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν τῇ ὁδοῖς· ὅταν ἴδῃ βοῦν, ἢ ὄνον, ἢ πρᾶγον, ἑστηκὼς θεωρεῖν. καὶ περαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου, δεινὸς φαγεῖν, καὶ ζωρότερον πεῖν· καὶ τὰ σιλοποιὸν πειρᾶν λαλεῖν· καὶ τὰ ἀλέξας μετ' αὐτῆς, [μετρεῖν] τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὐτῷ τὰ ὀπτίδεια. καὶ ἀειρῶν ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον· καὶ κόψαντα τῷ θύραν ὑπακοῦσαι υἱῷ. καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενον, καὶ ὀπολαβόμενον τοῦ ῥύγχους, εἰπεῖν, ἔτι φυλάττει ὁ χοῖρος, καὶ τῷ οἰκίδιῳ, καὶ τὰς ἔνδον. καὶ ὁ ἀργύριον ἢ ὁπόσου τοῦ λαβὼν ἀποδοκιμάζειν, [λέγων] λίαν μὴ λυπρὸν εἶ), καὶ [αὐτῆ] ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι. καὶ ὁ ἄροτρον ἐρέσθαι, ἢ κίφινον, ἢ δρέπανον, ἢ θύλακον, [ἀπαιτεῖν] ταῦτα τὴ νυκτὸς κατ' ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος· καὶ εἰς ἄγρ καταβαίνων, ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαλλαττόμενον πόσου ἤσθιεν καὶ διαφθείρει καὶ τὸ ταῖς-

χοις·

ſuis, qui ruri apud ipſum opus faciunt, enunciat. Sæpe etiam veſte ita ſupra genu ſubducta ſedet, ut denudatæ corporis partes conſpici queant. In via aliorum quidem nihil admiratur, neq; ulla re percellitur: ſed ſi bovem, aſinum, aut hircum viderit, ibi homo gradum ſiſtere, & contemplari. Quumq; aliquid è promptuaria cella depromit, decerptum inde fruſtum vorat: & vinum meracius potat: diligenter interim, ne hoc ancilla panifica reſciſcat, cavens. Deinde vero cum illa molere, & quæ ſunt ad victum neceſſaria, tum ſibi tum univerſæ familiæ parare ſolet. Inter prandendum jumentis pabulum objicit: & ſi quis fores pulſet, ipſe auſcultat. Vocato etiã cane, & ejus roſtro manu prehenſo, Hic inquit, & agrum & domum quique in ea ſunt omnes cuſtodit. Argentũ quod ab aliquo acceperit, quaſi tenue aut nimis aſperum ſolet rejicere, & ut alio id ſibi mutetur poſtulare. Aratrũ ſi cui forte utendum dederit, aut cophinum, aut falcem, aut ſaccũ, nocte intempeſta illa repetet, ſi per inſomniũ eorum meminit. In urbem cum venit, obvium quemque

χθ. καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νυμφικὸς ἄγει· καὶ εἰπεῖν οὐδὲν ὅτι βέλεται καταβὰς ἀποκείεσθαι. καὶ ἐν βαλανείῳ ἰέναι· καὶ εἰς τὰ τροδήμαια ἰέναι καὶ πλοῦς ἐγκρῖναι. καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρίωνα γομίσασθαι πρὸ Ἀρχίου τὸν παρίχοντος.

Κεφ. ς'.

ΠΕΡΙ ΑΡΕΣΚΕΙΑΣ.

Ἡ δὲ ἀρέσκεια, ἔστι μὲν, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἐντέλεξις οὐκ ὀπὶ τῷ βελτίονι ἡδονῆς προσκοπαστική. ὁ δ' ἄρεσκος, ἀμέλει τοιοῦτός τις οἷος πόρρωθεν προσαγορεύσας, καὶ ἄνδρα κρίνειν εἰπὼν, καὶ θωμάσας ἱκανῶς, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι· καὶ μικρὸν προσπέμψας καὶ ἐρωτήσας πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ προκληθεὶς δεῖπνον, μὴ μόνον ᾧ πάρεσι βέλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ· καὶ [πρὸς] τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγου-

σι

interrogans, Quanti, ait, pelles & salsamenta vænibant? &, Nunquid hodie ludi novam lunam adducunt? Dicit etiam, se simul ac descenderit, tondere velle. Idem cantare in balneo, & clavis calceos suffigere, &, quia eadem via erat, ab Archia salsamenta accipere, ac portare ipse, moris habet.

CAP. VI.

De Placendi Studio.

PLacendi studium definiri potest, congressio parum honestas voluptatis illecebras habens. Placendi studiosus vero is est, qui è longinquo aliquē salutat, & virū appellat præstantissimū, fortunamque ejus admiratur, & utraque manu prehendens, non dimittit: sed aliquantisper comitatus, quærens quando sit illum visurus, vix tandem domum revertitur, ejus interim laudes prædicans. Idem captus arbiter, non ei tantum cui adest, sed adversæ etiam parti, ut cōmunis vtriusq; amicus habeatur, gratificari studebit. Peregrinos justiora quam cives loqui dicet. Ad cœnam invitatus,

σι τῆς πολιτῶν. καὶ κεκλημένῳ δὲ ὅπη δεῖπνον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία ᾠδὴν ἐσιόντα· καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκου ὀμφιότερα εἶναι τῷ παιεῖ· καὶ προσαγορεύσαντα, φιλῆσαι, καὶ πρὸς αὐτὸν καθίσαι· καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐλὸς, λέγων, ἀσωὸς, πέλεκυς. τὰ δ' ὅπη τῆς γαστρὸς ἕξαν καθεύδειν, ἅμα θλιβόμενον. καὶ πλειστάκις δ' ἀποκείρασθαι, καὶ τὰς ὀδόντας λευκὰς ἔχειν. καὶ τὰ ἱμάτια δ' ἕως τὰ μέλαβάλλεσθαι, καὶ ῥείσματι ἀλείφεσθαι. καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς τραπέζας προσφοίτων· τῆς δ' γυμνασίων ἐν τέτοις θαμὰ εἶναι, ἕ ἂν ἔφηβοι γυμνάζωνται. τῷ δὲ διακόσου καθῆσθαι, ὅταν ἡ θέα, πλησίον τῆς γραμμῆς. καὶ ἀγορεύειν αὐτὸ μὴ μηδέν· ξένοις δ' εἰς Βυζάντιον ὁπισάλματα· ἢ Λακωνικὰς κώας εἰς Κύζικον· καὶ μέλι Ὑμήττιον, εἰς Ῥόδον· καὶ ταῦτα ποιῶν, τοῖς ἐν τῇ πόλει διαφέρειν. ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δένδρου, καὶ πίτυρον κτήσασθαι, καὶ Σικελικὰς πρωτέας, καὶ δορκαδείους ἀσκαλάβους, καὶ θυελακὰς τῆς γογγύλων λακκώδους, καὶ βακτηρί-

as

convivii dominũ ut liberos ſuos vocet, rogabit: atq; illis ingredientibus, negabit ficũ ficui tam eſſe ſimilem, quã illi ſint patri: deinde eos ad ſe vocabit, oſculatuſque, ſibi aſſidere jubebit: & cũ aliis jocans, En utrem, inquiet, En ſecurim: alios in ſinum recumbere dormientes, quamvis onere gravetur, ſinet. Comam ſæpius ſolet tondere: dentes nitidos habere: veſtes quæ uſui adhuc eſſe poſſint, mutare; unguento uti. Ac fori quidẽ in eam maxime partem ventitat, ubi ſunt argentariorũ menſæ: gymnaſia vero illa frequentat, in quibus ſe ephebi exercent: in theatro autem & ſpectaculis juxta ipſos prætores ſedet. Idem in foro ſibi quidem nihil, ſed amicis qui Byzantii ſunt, mittenda munera emtitat: nec non Laconicas canes, quas Cyzicum; & mel Hymettium quod Rhodũ mittat: atque hæc ſe facere ſuis civibus narrat. Præterea ſolet idem ſimiã domi alere, ſatyrum emere, & columbas Siculas, nec non dorcadios talos, & Thyriacas ampullas ex illis quæ forma ſunt rotunda: item baculos ſive ſcipiones ex obliquis Lacedæmone advectos, nec non aulæũ

cui

ας τῆς σχολιᾶς ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφεισμένους, ἢ αὐλίδιον παλαιστικὴν κόγιν ἔχον, καὶ σφαιριστήριον. καὶ τοῦτο πρεπώδες ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, τοῖς σοφισταῖς, τοῖς ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς ὅπου δείκνυται. καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ὅπου ἐξέσειν ὕστερον εἰπεῖν, ὅπου τῆς θεωμένων, πρὸς ἕτερον, ὅπου τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα.

Κεφ. ζ'.

ΠΕΡΙ ΑΠΟΝΟΙΑΣ.

Ἡ δὲ ἀπόνοια, ἔστιν ὑπόμονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων. ὁ δ' ἀπονενοημένος, τοιοῦτός τις οἷος ὀμόσαι ταχύ, κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορηθῆναι δυσάμενος· τῷ ἠθῇ ἀγράμματός τις, καὶ ἀναισθησυμμένος, καὶ πονηρόποιος. ἀμέλει δυσκατὸς καὶ ὀρχήσασθαι νήφων καὶ κόρδακα, καὶ προσωπεῖον [μὴ] ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ· καὶ ἐν δείπνοις ἢ τὰς χαλκᾶς ἐκλέξαι, καθ' ἕκαστον παιῶνα.

cui ſint Perſæ intexti. Habet etiam idē parvulum atrium pulvere palæſtrico reſperſum,& ſphæriſterium:atq; has ædium ſuarum partes ſolet ille obvio cuiq; vel è philoſophorum grege, vel ſophiſtarum, vel eorū qui ſe armis, aut muſico cantu exercent, commodare, ut ibi artis ſuæ periculum faciant: quod quidem dum illi faciunt, ipſe de aliquo è ſpectatoribus alii dicit, Eccum tibi cujus eſt hæc palæſtra.

CAP. VII.

De Vecordia, ſive perdita Audacia.

VÆcordia eſt per quam aliquis & facere quidvis & loqui contra honeſtatē ſuſtinet.Homo autem is eſt qui jusjurandum facilè ſuſcipiat: qui male audire ac convitiis proſcindi,ſuſq; deq; habeat. Moribus eſt veteratoris callidi improbiq; & hominis ſpurci,ac quidvis audentis. Atq; adeo non pudebit eum, ſaltare cordacē etiam ſobrium,& in comico choro non perſonatum: & quum præſtigiæ ſpectantur, ad quemque ſpectantium adire & ſtipem æreā exigere:

ac

παιρίων. καὶ μάχεσθαι τοῖς ὃ σύμβολον φέρουσι, καὶ θεωρῆσαι ἀξιοῦσι. δῆνος γ' πρωδοκεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι, καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν, τὸν μητέρα μὴ τρέφειν, ἀπάγεσθαι κλοπῆς, ὃ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὸν αὐτοῦ οἰκίαν. καὶ ἔστ' ἂν εἶναι δοξάζειν τῶν θεαιτρικῶν τὸν ὄχλους, καὶ θορυβάζειν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρρήσιᾳ λοιδορουμένων θεὸς αὐτὸς καὶ λοιδορουμένων· καὶ μεταξὺ οἱ μὲν θορυβοῦσιν, οἱ δὲ ἀπάσι τὴν ἀκοὴν αὐτοῦ. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀρχῶν, τοῖς δὲ συλλαβῶν, τοῖς δὲ μέρος τῶν θεάτρου λέγειν, ὅτι ἄλλως θεωρῆσαι ἀξιῶν τὸν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, ἢ ὅτε μὴ ἡ πομπή. ἱκανὸς γ' καὶ δίκας τὰς μὲν φεύγειν, τὰς γ' διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, τὰς γ' πρᾶξαι· ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν τῇς χερσίν. ὅτι ἀποδοκιμάζων γ' ὑδ' ἅμα πολλῶν ἀγοραίων θεατῆν, καὶ ὑδὲ τέλος δαμάζειν, καὶ τῆς δραχμῆς τὸκον τελεῖν

ἡμιω-

ac si quis tesseram afferens, gratis spectare postulet, cum eo rixabitur. Caponam quoq; exercere, leno ac portitor coactorque esse solet: ac qui à nullo turp artificio se abstineat, præco erit; coquus erit; aleator erit; matri suæ alimenta denegabit; furti etiã convictus obtorto collo rapietur, atque in carcere diutius quàm in suis ædibus habitabit. Est etiam iste ex iis qui turbam circa se sistunt, & obvios ad se vocant, quibuscum voce magna & præfracta loquuntur, iisq; maledicta ingerunt: atq; illi interea partim accedũt, partim discedunt, priusquam quid sibi ille velit audierint; dum ille aliis principium, aliis vix syllabam, aliis partem aliquam de re tota refert, non aliter quam in celebri hominũ conventu profligatum ac perditũ ingenium suum spectari postulans. Litibus etiam partim quæ ipsi intenduntur, partim quas ipse aliis intendit, solet esse implicitus: atq; in aliis absentiã suam jurejurando interposito excusare: ad alias judicio se sistere, in sinu quidem scrinium, præ manibus vero forensium libellorũ fasciculum habens. Quin etiã quæ ejus

est

ἡμωβόλια τῆς ἡμέρας προσῖεσθαι. τὸ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ ταριχοπωλεῖα· καὶ τὰς πύκνας ἀπὸ τῆς ἐμπολήμα[ΙΘ]. εἰς πλῶ γνάθον ἐκλέγειν. ἐργώδεις δὲ εἰσὶ οἱ σῶμα δοῦλον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν, καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὸν ἀγορᾶν καὶ τὰ ἐργαστήρια.

Κεφ. ν'.

ΠΕΡΙ ΛΑΛΙΑΣ.

Ἡ δὲ λαλιὰ, εἴ τις αὐτὸν ὀρίζεσθαι βέλτιστο, εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου. ὁ δὲ λάλ[ΟΣ], τοιοῦτός τις, οἷ[ΟΣ]. τὸν ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν ἂν ὁποῖ[ΟΝ] πρὸς αὐτὸν φθέγξηται, ὅτι σοῦ λέγ· καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ, ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται. καὶ μεταξὺ δὲ ἀποκρινομένου, ὑποβάλλῃ, εἶπας, σὺ μὴ δῆτα λάθῃς ὃ μέλλεις λέγειν· καὶ, εὖγε ὅτι μὲ ὑπέμνησας· καὶ, ὃ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν

est insignita impudentia, ducem se rabulis forensibus præbet: mox illius pecunia fœnori data, pro usura drachmæ cujusq; ternos semiobolos in dies exigit: sæpe etiam popinas & macella, ubi pisces ac salsamenta væneunt, pererrat: nec non quos è nundinatione sua nummos conficit, solet eos in buccam condere. Sunt sanè istiusmodi homines admodum difficiles: quorum quidem os ad convitiandum facilè solvitur, atq; id voce ita contenta, ut eorum clamoribus & forum, & omnes tabernæ personent.

CAP. VIII.

De Loquacitate.

LOquacitas autem, siquis eam definire velit, sermonis intemperantia esse videatur. Loquax vero is est, qui soleat ei, quicum verba facit, dicere, quicquid ille narrare inceperit, Nihil dicis: se rem omnem probè tenere: illum, si operam sibi dare velit, intellecturum. Deinde respondentem interpellans, Tu, ait, ne obliviscaris eorum quæ dicturus eras: &, factum bene quod in memoriam revo-

χρήσιμόν που· καὶ, ὃ προέλιπον· καὶ ταχύγε σωῆκας ὃ πρᾶγμα· καὶ πάλαι σε προετρεψω εἰ ὅτι ὃ αὐτὸ ἐμοὶ καπνεξῆκη· καὶ ἑτέρας ἀφορμὰς τοιαύτας προείπαθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι ⟨ϟ⟩ ἐντυγχάνοντα. καὶ ὅταμ γε τὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ, δῆνός καὶ ὅτι τὺς ἀνθρώπους καὶ συνεπικόπους πορδωῶαι, καὶ φυγῆν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας. καὶ εἰς ⟨ϟ⟩ διδασκαλῆα ⟨ϟ⟩ καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν τὺς παῖδας προσμανθάνειν τοσαῦτα, καὶ προσλαλῆν τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις· κ᾽ τὺς ἀπέναι φασκόντας δῆνός προπέμψαι, καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς τὼ οἰκίαν. καὶ πυθόμ⟨ϟ⟩ ⟨ϟ⟩ ἐκκλησίας ἀπαγγέλλῆν· προσδιηγήσαθαι δὲ καὶ τὼ ἐπ᾽ Αριστοφῶντ⟨ϟ⟩ ποτὲ γενομένω τῦ ῥήτορ⟨ϟ⟩ μάχω, καὶ τὼ πρὸς Λακεδαιμονίων ὅτι Λυσιμάχου. καὶ ὅς ποτε λόγους ἀυτὺς εἶπεν συνδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ. καὶ κατ᾽ πρὸς πλησῶν γε ἅμα διηγεόμ⟨ϟ⟩ ⟨ϟ⟩, καταγελάν παρεμβαλῆν. ὥστε τὺς ἀκούοντας, ἢ τι ὅπλα δέαθαι, ἢ νυκτάξαι, ἢ μεταξὺ καταλιπόντας ἀπαλ-

revocasti: &, quam juvat interdum sermones mutuos serere! & quod præterii: &, Celeriter tu quidem rem percepisti; &, pridem exspectabam an eodem mecum recideres: aliasq; hujusmodi occasiones loquendi captans, ne respirare quidem eos sinit, quibuscum loquitur. Ac postquam singuli sunt ab eo ita enecti, tum ad eos accedere non veretur, qui plures unà coierunt, eosq; de rebus seriis agentes, in fugam vertere. Sed & ludos ac palæstras ingressus, ut ne tantum pueri addiscant solet efficere, verba interea cum corporum exercitatoribus seu pædotribis, & ludimagistris funditans. Si quis discedere se velle dicat, comitari ille, & domum usque deducere ac persequi. Si forte quid sit in concione actum rescierit, id aliis postea narrabit: tum de eo prælio quod prætore Aristophonte nobili illo oratore commissum est, longam narrationem contexet, item, de ea pugna quæ à Lacedæmoniis duce Lysandro est pugnata: & si quid ipse unquã pro concione cum aliqua sua laude dixerit. Atque hæc narrans, simul in vulgus invehetur: idq; tanto cum audientium

ἀταλλάττεσθαι. καὶ συνδικάζων ἢ κωλύσαι κρῖναι· καὶ συνθεωρῶν, θεάσασθαι· καὶ συνδήπνων, φαγεῖν· λέγων ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ δεῖ σιωπᾶν, καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ δεῖν ἡ γλῶττα· καὶ ὡς οὐκ ἂν σιωπήσειεν, εἰδ' εἰ τῷ χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος. καὶ σκωπτόμενος ἐπομένας· καὶ ἐπὶ τῷ αὐτοῦ παιδίων, ὅπερ ἀϊδῶν ἤδη καθεύδειν βουλόμενα κελεύειν λέγονται, ἄττα, λαλεῖν τι ἡμῖν ὅπως ἂν ἡμᾶς ὑπνος λάβῃ.

Κεφ. ϛ'.

ΠΕΡΙ ΛΟΓΟΠΟΙΙΑΣ.

Ἡ δὲ λογοποιΐα ἔστι συνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πραγμάτων, ὧν βούλεται ὁ λογοποιῶν. ὁ δὲ λογοποιὸς τοιοῦτός τις οἷος. ἐπαντήσας τῷ φίλῳ, εὐθὺς καταβαλὼν ὃ ἦθος, καὶ μεταβάσας, ἐρωτῆσαι, πόθεν σὺ, καὶ τί λέγεις; καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ ὑπερβαλὼν ἐρωτᾷν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ μὴν ἀγαθόν γέ ἐστι τὸ λεγόμενον.

ἢ

um tædio, ut eorũ alius quæ ab ipso dicuntur, oblivioni statim mandet, alius dormitet, alius loquentem adhuc deserat, discedatq;. Deniq; sive ad judicandũ cum alio sedeat, judicare, sive ad spectandũ spectare, sive ad cibum sumendum, cibũ sumere consessorẽ impediet. Quippe, inquit, loquaci durũ est tacere: linguam enim tanquam in udo habet: adeoq; præ quavis hirundine garrulus videri malit, quã tacere; adeo se irrideri fert patienter: idque vel à puerulis suis, qui somnum petituri jubeant ipsum aliquid sibi narrantem, verba facere: ut ita nobis, inquiunt, somnus obrepat.

CAP. IX.

De Famigeratione, sive Rumorum Confictione.

FAmigeratio est factorum dictorumq; ad arbitrium ipsius fingentis confictio. Famigerator autem is est qui obvius amico factus, statim mutato vultu, ac renidens, interroget, Ũnde tu, & quid ais? Et, Habesne super hoc novi quicquam? Et pergens interrogare, Nihilne, inquit, novi dicitur? atqui fausta sane sunt & læta quæ vulgo narran-

καὶ οὐκ ἐάσας ἀποκρίνασθαι, εἶπεν, τί λέγεις; σὲ μὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοί σε σωφρόνων λόγων. καὶ ἔστιν αὐτῷ ἡ γραπώτης, ἡ παῖς Ἀγείου τοῦ ἀνθρώπου, ἣν Λύκων ὁ ἐρωτικὸς ἔσχεν γενομένους ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης, ἣ φησὶν ἀκηκοέναι. αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσιν αὐτοῦ, ὧν εὐθὺς ἂν ἔχοι ὁπλασθέντα. διηγεῖται δ' τούτους φάσκων λέγειν, ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσσανδρος ἐζώγρηται. κἂν εἴπῃ τις αὐτῷ, σὺ δ' ταῦτα πιστεύεις; φήσει· δεῖ γάρ βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸν λόγον ἐπενεύειν· καὶ πάντας γὰρ συμφωνεῖν· ταῦτα λέγειν περὶ τῆς μάχης καὶ πολὺν τὸν φόνον γεγονέναι. εἶναι δ' αὐτῷ καὶ σημεῖον ζῶ περίστικτα τῶν ἐν τοῖς περάγμασιν· ὁρᾶν γὰρ σύνεσιν πάντων μεταβεβληκότα. λέγει δ' ὡς καὶ πρόσκηκε πρὸς τούτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἧδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα ταῦτα εἰδέναι. καὶ ταῦτα διεξιὼν, πῶς οἴεσθε; σπουδῇ σχεδιάζει· λέγων, δυσχεραίνει Κάσσαν-

tur: tum autem prius quam ille respondeat, Quid ais, inquit, nihil audivisti? Ergo ego te, sicut video, rerum novarum epulis laute excipiam. Ac statim est illi aut miles aliquis, aut Astei tibicinis puer, aut manceps Lyco qui ex ipso prælio sit reversus, à quo se dicat audisse; auctores si quidem ille tales eorum quæ dictitat profert, quos nemo queat arguere. Refert autē accepisse se ab illis, Polysperchontem cum rege hostes prælio fudisse, & superasse: Cassandrumq; vivum in hostium potestatem venisse. Quod si quis ei dicat, Tu autem hæc credis? Imo inquiet; rem enim clarissima omnium voce tota urbe ferri; rumorem crescere, omnes congruere: eadem enim de prælio ab omnibus narrari: magnam nimirū ea pugna cœdem esse factam. Idq; se ex eorum etiam vultu qui rem gerunt publicam, colligere, quem viderit ipsis penitus immutatum. Addit deinde se inaudisse, quendam qui ex Macedonia advenerit, quique omnibus quæ gesta sunt interfuerit, quintum jam diem ab illis domi occultari. Atq; ubi hæc commemoravit, miserationes adji-

Κάσυμνθρ. ! ἐνθυμῇ ὃ τῆς τύχης; ἀλλ' εὖ ἴσθι ἐχυρός γε γενόμενθρ. καὶ δῆ ὃ αὐτός σε μόνον εἰδέναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε λέγων. Τῶν τοιούτων ἀνθρώπων πεθαύμακα τί ποτε βέλονται λογοποιοῦντες· οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις ὠθισάντες ποιήμενοι, ἢ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν· οἱ δ' ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχήσαντες καὶ ναυμαχήσαντες νικῶντες, ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ πόλεις λόγῳ καὶ κράτει διορθοῦντες, ὥρεξε πηδήσαι. πάνυ ὃ παλαίπωρον αὐτῶν ἐστὶ τὸ βιωτεύειν. ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ ὃ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ ὃ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν, ἀπωσάμενοι τοὺς ἀκούοντας ὅτους, καὶ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις.

Κεφ.

citat scin quomodo? sane quam persuasibiliter. O infelicem, inquiens, Cassandrum! O virum ærumnosum? En Fortuna quid possit. At fuit certe Cassander præpotens. Te vero, ait, tacitum hoc tecum habere oportet. Ipse autem ad civium unumquemque accurrit, ut ei omnia narret. Equidem mirari soleo quid sibi homines hoc genus falsis rumoribus fingendis spargendisq; velint: quæ res, ut taceam mendacii turpitudinem, non raro ipsis incommoda evenit. Factum enim sæpe, ut dum isti in balneis concursus facerent, vestes interea suas furto amitterent: alii dum in porticu aut pedestri aut navali prælio vincunt, quod vadimoniũ non stetissent, graviter multati sunt. Quibusdam etiam, dum urbes verbis suis fortiter caperent, cœna interea loci periit. Enimvero misera est istorum vita & conditio: nam quæ porticus est, quæ officina, quæ fori pars, in qua dies non traducant integros, magno cum audientium, quos falsis suis narrationibus obtundunt, tædio?

Κεφ. ί.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΙΑΣ.

ΗΔΕ ἀναισχυντία ἐστὶ μὲν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους· ὁ δ' ἀναίσχυντος, τοιοῦτος οἷος πρὸς τῶν ἀπελθόντων δανείζεσθαι. εἶτα δύσας τοῖς θεοῖς, αὐτὸς μὲν δέρηται παρ' ἑτέρῳ, τὰ δὲ κρέα ἀποπέμψας ἀλλοι πέμψας· καὶ προσκαλεσάμενος ἀγοράσαι ἀγόλυδον, δοὺς ἀπὸ τῆς τραπέζης, ἄρας κρέας καὶ ἄρτον, καὶ εἰπὼν ἀκούοντων πάντων, σύνεγγυς τίμει· καὶ ὀψωνῶν δὲ, ὑπομιμνήσκειν κρεοπώλιον, εἴπερ χρήσιμος αὐτῷ γέγονε· καὶ ἑστιῶν πρὸς τὸν γαμβρὸν, μάλιστα μὲν κρέας, εἰ δὲ μή, ὀσφῦν εἰς ζυμὸν ἐμβάλλειν· καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, οὗ ἕνεκα· εἰ δὲ μὴ, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον, ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι· καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θέλων ἀγοράσας, μὴ δοῦναι τὸ μέρος, θεωρῆσαι· ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς εἰς τὸν

CAP. X.

De Impudentia.

IMpudentiam definire licet, famæ neglectum turpis quæſtus gratia. Impudens autem is eſt, qui ſolet pecuniã mutuo rogaturus, ad eum accedere, cujus aliquid per fraudem detineat. Deinde quum ſacra diis facit, carnes victimæ ſuæ ſale aſperſas condit, ipſe apud alium cœnans: atq; ibi pediſequũ ſuum compellans, ſublatis de menſa carnium fruſto, & pane, in omnium auribus, Tu vir honeſte, inquit, epulare hilariter. Quando obſonatur, lanium meminiſſe jubet, ſi ulla unquam in re fuerit de eo bene meritus; deinde autẽ trutinæ aſſiſtens, principio quidem carnes; ſed ſi id non poſſit, os ſaltem aliquod in lancem injiciet: quod ſi auferre queat, id optimè: ſi non, tum ille è menſa vel aliquod inteſtinorũ fruſtum rapiet, & cum riſu diſcedet. Jam ſi peregrinis apud ſe divertentibus locum in theatro ad ſpectandũ emerit, ipſe quoq; nullo pro capite ſuo dato ære, ſpectatũ veniet: quin etiam liberos ſuos cum pædagogo eodũ

τὴν ὑστεραίαν, καὶ τὸν παιδαγωγόν. καὶ ὅσα ἐωνημένος ἀξιά τις προσφέρῃ, μεταδοῦναι κελεύσας καὶ αὐτῷ. καὶ ὅτι τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν, δανείζεσθαι κελεύει, ποτὲ δὲ ἄχυρον· καὶ ταῦτα χρήσασθαι ἀναγκάσας ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν. δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ προσελθὼν, καὶ βάψας ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως, αὐτὸς αὑτὸν καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται, ἀπών· κἀκεῖ, οὐδεμία σοι χάρις.

Κεφ. ια'.

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΛΟΓΙΑΣ.

Ἡ ΔΕ μικρολογία ἐστὶ φειδωλία τις ἀμφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν· ὁ δὲ μικρολόγος, τοιοῦτός τις οἷός ἐν τῷ μίσει ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν [ἐλθὼν] ὅτι τὴν οἰκίαν· καὶ συσπῶν ἀριθμῶν πόσας κύλικας ἔκαγε πέπωκε. καὶ ἀπάρξασθαι ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν ζωοθηνιούντων. καὶ ὅσα μικρού τις περιάμενος

ſecum poſtero die ducere non dubitabit. Quæcunq; autem parvo empta ferentẽ aliquẽ viderit, ſibi quoq; communicari jubebit. Et ubi ad ædes alienas venerit, vel ordeum, vel ſi uſus ita tulerit, paleam mutuaturus, eos coget à quibus acceperit, id quod dederint, domum ſibi apportare. Sæpe etiam in balneis ad aëna accedens poſtquã arytænã merſam replevit, ſeſe ipſe, non ſine magno balneatoris clamore, perfundit: dein diſcedens, Lavi, inquit: & ad balneatorem converſus, Ergo verò ãit, gratiam tibi nullam.

CAP. XI.

De Sordida Parcimonia.

SOrdida parcimonia eſt ſtudium parcendi ſumptibus ultra modum. Sordidè parcus is eſt, qui ad ædes creditoris accedens pro menſtruo fœnore ſemiobolum exigat: & in convivio quot quiſque calices ebibat, numeret: qui etiam ex omnibus convivis Dianæ minima libamenta offerat. Jam quæcunque ei quiſpiam fert impenſa

ἀμβλυῶδ. λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶ-
ναι ἄγλυκ. καὶ οἰκέτην χύτραν ἢ λοπάδα
κατακλάσαντα, εἰσπραξαι ἀπὸ τῆς ἐ-
πιπλοκείων. καὶ τῆς γυναικὸς ἀποβα-
λόντος τριχαλκον, οἷον. μεταφέρειν τὸν
σκόλυν, καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰς κλεω-
τῆρας, καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα. καὶ
ἐάν τι πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι ὥστε
μὴ λυσιτελεῖν τῷ πριαμένῳ. καὶ σὺν
ἂν ἐάσαι ὅτι συκοκραγῆσαι ὀκ τοῦ
αὐτοῦ κήπου, ὅτε ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ πο-
ρθμῆναι, ἢ τε ἐλαίαν ἢ φοινίκα τῆς χα-
μαὶ πεπλωκότων ἀνελέσθαι. καὶ τοὺς ὄρους
δὲ ὑπισχνεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ ἀμβλύνει-
σιν οἱ αὐτοί. δῆνος ἦ καὶ ὑπερημερίαν
πρᾶξαι, καὶ τόκον τόκου· καὶ ἑτοίμων
δημότας, μικρὰ τὰ κρέα κόψας πρόσ-
θεῖναι· καὶ ὀψωνῶν, μηδὲν περιά-
μενον. εἰσελθεῖν. καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ
γυναικὶ μήτε ἄλας χρᾶν τινι, μήτε ἐλ-
λύχνιον, μήτε κύμινον, μήτε ὀρίγα-
νον, μήτε ὑλὰς, μήτε σέμμαλα, μήτε
ζυλήμαλα. ἀλλὰ λέγειν ὅτι τὰ μι-
κρὰ ταῦτα πολλὰ ἔζι τοῦ ἐνιαυτοῦ.
ὧ ὅλον δὲ, τῆς μικρολόγων καὶ

τὰς

penſa, etiam ſi parvo empta, nimio tamen conſtare dicet. Si famulus ollam aut patinam fregerit, de ejus demenſo tantũ detrahet, quanti erat quod fractũ eſt. Quod ſi uxor trichalcum amiſerit, ille vero omnẽ ſuppellectilem, lectos etiam, atq; capſas loco movebit, & omnia ſtragula ſcrutabitur. Quicquid vendit, tanti vendit, ut emptori ea res cedere bono non queat. Ficum de ſuo horto neminẽ guſtare ſiverit: neminẽ per fundum ſuũ tranſire: aut ullam cadivam olivã palmulamve auferre. quotidie terminos inſpectat ſuos, ecquid immoti eodem loco iidẽ maneant. Porro autẽ debitum ſi quis die præſtituta non ſolverit, pœnã pro mora, atq; adeo uſuræ uſuram ſolet exigere. Populares convivio accipiens, minutas apponet carnes: quumq; ad obſonandũ exierit, ſæpe vacuus domũ revertetur. Uxori ſolet edicere, ne cuiquã ſalem aut ellychnium, aut cyminũ, aut originũ, vel etiam farris quicquã, vel corollam ullã, vel libũ ullum cõmodet: Magnam enim, inquit, parva hæc tandẽ in anno ſummã efficiunt. In ſumma, ſordidorũ iſtorũ hominum

τὰς ἀργυροθήκας ὄξιν ἰδοῦν ἐυρυλιώσας, καὶ τὰς κλῆς ἰωμυίας, καὶ αὐτὲς δὲ φορυῶντας ἐλάτλω τῆς μικρῶν ἕνεκα ἱματία, καὶ ἐκ λικυθίων μικρῶν πάνυ ἀλειφομένους, καὶ ἐν χερὶ κειρομένους, καὶ ὃ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους, καὶ πρὸς τὲς γναφεῖς ἀγωνιζομένους, ὅπως ὃ ἱμάτιον αὐτοῖς ἔξει πολλῶ γλῶ, ἵνα μὴ ῥυπαίνηται ταχύ.

Κεφ. ιϛ'.

ΠΕΡΙ ΒΔΕΛΥΡΙΑΣ.

Ὀυ χαλεπὸν δέ ὄξι τὸ βδελυρίαν ὀνομάσαι. ἔστι γὰ παιδία ὀπφανὴς καὶ ἐπονείδις. ὁ ὃ βδελυρὸς, τοιῦτ. οἷ. ὑπαντήσας γυναιξὶν ἐλούσαις, ἀνασυράμ. δῦξαι ὃ αἰδοῖον. καὶ ἐν θεάτρῳ κροτῆν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται, καὶ συρίττειν ὡς ἡδέως θεωρῶσιν οἱ λοιποί. καὶ ὅταν σιωπήσῃ τὸ θέατρον, ἀνακύψας ἐρυγῆν, ἵνα τὲς καθημένους πτοήσῃ μελασραφιῶν. καὶ πληθύσης τῆς ἀγορᾶς παρεσελθὼν πρὸς τὸν

num loculos videas ſitu obſitos, claves ferrugine illitas. Ipſos quinetiam videre licet veſtes geſtare intra quam modicas: guttulos ex quibus ungantur, parvulos habere: capite eſſe ad cutẽ uſq; attonſo: calceos medio die exuere: & cum fullonibus obnixè agere, ut ad poliendã ſuam veſtem cretæ multum adhibeant, ne ſordes facilè contrahat.

CAP. XII.

De Impuritate, ſive Moribus Impuris.

IMpuritatem verò definire non eſt difficile: Eſt ſiquidem jocus luduſve evidens nimis ac flagitioſus. Impurus vero is eſt, qui ſi in liberas mulieres incidat, veſte ſubducta pudenda illis oſtendat. In theatro reliquis tacentibus, ipſe plaudit: & quos alii libenter ſpectant, ipſe ſibilis conſectatur; & toto theatro ad ſpectandum intento, ipſe reſupinato corpore ructat, ut qui ſedent oculos avertere neceſſe habeant. Ac quando maxime frequens eſt forum, ad nuces, mala, & reliquos omnis generis fructus acce-

τὰ κάρεια, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, ἑστηκὼς πραγματίζεσθαι ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν. ἢ καλέσαι τῶν παριόντων ὀνόμασί τινα, ᾧ μὴ συνήθης ἐστί· καὶ καταδύσασθαι δὲ ποιόρων, πρεμνάν κελεῦσαι. καὶ ἡττώμενός γε μεγάλου δίκαιον ἀπόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθεῖν, ἢ συναλλάξαι. καὶ ὀμόσαι ἑαυτῷ, καὶ ἀνηρίδας μισθῶσαι, καὶ δεικνύειν τοῖς ἀπαντῶσι τὸ ὠμωμοσμένα, καὶ προσκαλεῖν ὅτι ταῦτα. καὶ διηγεῖσθαι πρὸς κουρεῖον, ἢ μυροπώλιον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει. καὶ οἰνοπωλῶν, κεκραμένον ἢ οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. καὶ ὅτι ἥδιστα νικᾷ ἂν δέῃ πορεύεσθαι, ἐκ ἐὰν τὸς ὑῆς, νικᾷ προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ ἁλιεῖς. καὶ ἀποδημοῦντα δημόσια, τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν, πρὸς δὲ τοῦ συμπορευομένου δανείζεσθαι· καὶ τῷ ἀκολούθῳ ὅτι ἥδιστα μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν, καὶ ἐλάχιστα ὅτι ἥδιστα τῶν ἱκανῶν. καὶ ἀπὸ τῆς ξενίας ὃ μέρος τὸ αὐτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι. καὶ ἀλλοτρίου ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ εἰπὼν, σα-

accedens, ibiq; ſtans, de iis comedit, ſermones interea cum eorũ venditore ſerens. Non etiam dubitat prætereuntiũ aliquẽ nulla ſibi familiaritate junctum, nominatim compellare: & ſi quidẽ aliquo properantẽ videat, jubebit exſpectare. Solet etiam ad eum qui in grandis pecuniæ judicio cauſa ceciderit, redeuntem è judicio accedere, & ei gratulari: quũq; ſibi opſonia emerit, & tibicinas conduxerit, ut cuique obvius fuerit factus, obſonia illi oſtendere, & ad ea invitare. Idemq; ad tonſtrinã aut tabernam unguentariã aſtans, narrat velle ſe mox ad ebrietatẽ uſq; bibere. Vinũ vendens, etiam amico dilutum dabit. Ad ludos, quando maximè ſpectandũ eſt, liberos ſuos ire non ſinit: tunc ſinit, quando gratis per theatrorum redemptores licet ſpectare. Cum legatus peregrè proficiſcitur, relicto domi viatico quod publicè accepit, à legationis ſociis mutuo rogabit. Moris etiam habet famulum itineris comitem, onerare quidem ſarcinis ſupra modum, victũ verò ei anguſtè nimis ſuppeditare. Lauta ſi cum aliis acceperit, ſuã portionẽ petet, ut eam ſtatim

σαπρὸν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω, τῷ παιδαρίῳ, τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι. καὶ τῷ ἐυρισκομένων χαλκῶν ἐν τῇ ὁδοῖς ὑπὸ τῶν οἰκετῶν δεινὸς ἁπάντησαι ὃ μέρος, κοινὸν εἶναι φήσας ⟨ⓢ⟩ Ἑρμοῦ. τά τε δὴ τοιαῦτα· Φειδωνίῳ μέντοι ⟨ⓢ⟩ πυύδακα ἐγκεκρυσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ὀπτήδεια, σφόδρα ἀπιστῶν· [ὑπεγγυόν τε ⟨ⓢ⟩ φίλῳ τι λαβὼν ἀποδώσειν] ὑπωρίασθαι. ἀμέλει δὲ καὶ μέρος ἀποδιδὲς ἡμιάκοντα μνῶν, ἔλαττον τίγασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι. καὶ φειδόμενος ἑαυτῶν, αὐτῷ τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ κοινοῦ ὄψου· τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἥμισυ τῶν ῥαφανίδων ἀποῤῥάφεσθαι, ἵνα οἱ βλακευόμενοι παῖδες μὴ λάβωσιν.

Κεφ. ιγ'.

ΠΕΡΙ ΑΚΑΙΡΙΑΣ.

Ἡ μὲν οὖν ἀκαιρία, ἔστιν ὀπτήδευσις λυποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας. ὁ δὲ ἄκαιρος, τοιοῦτός τις, οἷος ἀρτιλου-

tim vendat. In balneis lavans, puerulo appellato, Nam hercule tu, inquit, oleū nimis rancidū mercatus es: & simul alieno se inungit. Quòd si quos pueri nummos æreos, ut fit, in via repererint, partē inde sibi poscet, illud usurpans, Mercuriū esse commune. Ejusdē hominis sunt hæc quoque. Phidonia mensura si quid metiatur, eam adhibet, cujus sit fundum collisum & introrsus adactū: domesticis suis demensum ipse perquam studiosè radens metitur, Pignus aliquod ab amico reddendū accipiens, vendit: & si triginta minas solvere habeat, ut quatuor tamē drachmæ de solido desiderentur, operā dabit. Quando etiā tribuleis convivio accipit, solet pueris suis obsonia è cōmuni postulare: dimidiatos verò raphanos, si qui forte de mensa tollantur, annotat, ne eos pueri ministr. capiant.

CAP XIII.

De Intempestivitate, sive Inscitia temporis.

INtempestivitas est congressio molesta iis quibuscum congrediaris. Homo autem intempestivus is est, qui ad amicū occupatū accedens, velit re com-

 municata

ἀολουμένῳ προσελθὼν ἀνακοινοῦσθαι, καὶ πρὸς τὸν αὐτῷ ἐσομένῳ κωμάζειν πυρέττουσαν. καὶ δίκην ὠφληκότα ἐξ ὑπερθέσεως προσελθὼν, κελεῦσαι αὐτὸν ἀναδέξασθαι. καὶ μάρτυρόσων παρεῖναι τὸ πρᾶγμα. ἤδη κεκριμένου. καὶ κεκλημένῳ. εἰς γάμους, τῶν γυναικείων γένους καταγορεῖν. καὶ ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι, παρακαλεῖν εἰς πρόπατον. δεινὸς δὲ καὶ προσώπῳ ὑποκριτὴν πλείω διδόντα ἤδη πεπρακότι. καὶ ἀκηκοότας καὶ μεμαθηκότας ἀνίσασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων. καὶ προθυμούμενον δὲ ὅπως μὴ ἀμελησθῶσι μὴ βέλεσί τις γένηται, αἰσχύνεσθαι δὲ ἀπειπάσθαι. ὡς δύοντας καὶ ἀναλίσκοντας, ἥκων τόμον ἀπαιτήσων. καὶ μαχομένου οἰκέτου πρεσβύτου, διηγεῖσθαι ὅτι καὶ αὐτὸς ποτε παῖς ὢν τοιαῦτα πληγὰς λαβὼν ἀπήγξατο. καὶ πρὸς ἀμφότερα βουλόμενον ἁμαρτάνειν, συγκρούειν, ἀμφοτέρων βουλομένων ἁμαρτάνεσθαι. καὶ ὑρχησάμενον. ἅψασθαι ἑτέρου μηδέπω μεθύοντος.

Κεφ.

municata cum illo deliberare: quiq; ad amicam ſuam febre laborantem veniat comeſſatum. Solet etiam eum qui jam ante fuerit ex ſponſo condemnatus, adire, rogans ut pro ſe quoque intercedere velit. Et ad dicendum teſtimonium tunc venit quum res eſt judicata: ad nuptias vocatus, in mulierum genus invehitur. Eos qui à longinquo itinere modo advenerint, ad deambulandũ ſecum invitat: re jam vendita emptorem adducit qui pluris ſit empturus. Sæpe etiam è medio hominũ ſibi aſſidentium ſurgit, ut rem illis orſus à capite exponat, quã omnes jam audiverint ac pernorint: & quæ nollet quidem aliquis, ſed denegare tamen erubeſcit, ad illa curanda, promptus eſt. Ad eos qui ſacra faciunt, & epulas concelebrant, accedit, ut aliquã inde partem auferat. Quòd ſi præſente eo famulus cædatur; ſibi quoq; puerum aliquando fuiſſe narrabit, qui ſimiliter virgis cæſus ſe ſuſpenderit. Idem captus arbiter, duos litigantes, quorum uterq; rem tranſigi optat, inter ſe committet. Deniq; ſaltaturus, ſociũ manu prehendit, qui nondum ſit vino madidus.

Κεφ. ιδ'.

ΠΕΡΙ ΠΕΡΙΕΡΓΙΑΣ.

Α ΜΕΛΕΙ περιεργία δόξειεν ἂν εἶναι περισκοπήσεις τις λόγων καὶ πράξεων, μετ' εὐνοίας. ὁ δὲ περίεργος, τοιοῦτός τις οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀνασὰς ἃ μὴ δύναται. καὶ ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι, ἔν τινι τὰς [δ'χύν ὡς οὐκ οἷόν τε] ἐλεγχθῆναι. καὶ πλείω δὲ ἐπαναγκάσαι ἢ παῦσα κεράσαι ἢ ὅσα δύνατα οἱ πόντες ἐκπιεῖν. καὶ διεγείρειν τὸς μαχομένους, καὶ ἢ μὴ γινώσκει ἀκριβοῦς ἡγήσασθαι, εἶτα μὴ δύασθαι ἀνόρθωσιν ἢ πορεύεται. καὶ στρατηγὸν ἰδὼν προσελθὼν ἐρωτῆσαι, πότε μέλλῃ πράττεσθαι, καὶ τί μὴ πρὸ αὔριον προαγγέλλει. καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ εἰπεῖν, ὅτι ἡ μήτηρ ἤδη καθεύδει ἐν τῷ δωματίῳ. καὶ ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσῃ οἶνον τῷ μαλακιζομένῳ, φῆσαι βούλεσθαι ἐξάπειραν λαμβάνειν, ὑπερεπῖσαι

CAP. XIV.

De Sedulitate inepta.

ΠΕερεργία, (quam liceat sedulitatem ineptam dicere) est dictorum factorumq; simulatio cum significatione benevolentiæ. Mores ejusmodi hominis ita sunt. Facile surgens è medio, in se recipit, quibus præstandis par non sit: rem quæ omnium confessione justa est, pluribus verbis, in aliquo inhærens, docere instituit, nullo modo posse argui. Puerũ vini amplius miscere cogit, quam quantum omnes qui adsunt convivæ, queant ebibere. Contendentes pugnantesque invicem instigat. Solet etiam viam præire, quam ignoret ipse: cujus quidẽ exitum mox invenire nequeat. Et ad ductorem exercitus accedens, rogare, ecquando sit aciem ad dimicandum instructurus: nec non quid in perendinum diem imperet: & ad patrẽ veniens, En, inquit, mater in cubiculo jam dormit. Ac quũ vini usum ægroto medicus interdixerit, solet hic illum quasi periculi faciendi causa ad bibendum componere. Quod si uxor obierit, monumento ejus & mariti

σαι καὶ κακῶς ἔχοντα. καὶ γυναικὸς δὲ πλουτησάσης, ὅπως γράψαι ὅτι τὸ μνῆμα, τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τὸ παῖδος καὶ τῆς γυναικὸς τοῦτο μά, καὶ ποταπή ἐστι. καὶ προσεπιγράψαι ὅτι ἔτι πλούτει χρησοὶ ἦσι. καὶ ὀμνύναι μέλλοντα, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρεστηκότας, ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα.

Κεφ. ιε'.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙΣΘΗΣΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδύτης ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος, τοιοῦτός τις οἷος λογισάμενος τοῖς ψήφοις καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾶν συγκαθήμενον, τί γίνεται; καὶ δίκαιον φοβεῖσθαι, καὶ ζημίαν εἰσιέναι μέλλοντα, ὅπλα θήμενος εἰς τὸν ἀγῶνα πορεύεσθαι. καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ, μὴ καταλείπειν καθεύδοντα. καὶ πολλὰ φαγὼν τῆς νυκτὸς, καὶ ὅπνους ἀνισάμενος, ὑπὸ κωμῳδοῦ τοῦ γείτονος δηχθῆναι. καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς, τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ θυρωρὸς εὑρεῖν.

& patris & matris, nomina inſcribet, itemque cujas ipſa ſit: tum hoc elogium inſuper adjiciet, *ſingulari omnes iſti probitate erant.* Idem ſi jusjurandum adigatur, converſus ad circumſtantem turbam, Ego verò, inquit, jam ante ſæpius juravi.

CAP. XV.

De Stupiditate.

STupiditatem quoq; definire poſſis, ut ſit animi tarditas, ſeu dicendum ſeu faciendum ſit aliquid. Stupidus vero is eſt, qui ſedens ad calculos poſtquam rationes putavit, & ſummam ſubduxit, roget eum qui ſibi aſſidet, ſumma quanta eſt? Ac quum ei litem aliquis intenderit, ubi ad diem illum ventum eſt, quo diſceptari cauſa debet, ejus oblitus, in agrum proficiſcitur. Sæpe etiã ſedens in theatro ad ſpectandum, diſcedentibus aliis ſomno obrutus ibi relinquitur; idem quum ſe cibis ingurgitarit, noctu ſurgens, ut ad ſellas eat, in vicini canem incidit à quo mordetur. Idem quod acceperit ipſe ac recondiderit, id ipſum quæ-

ἔυρεν. καὶ ἀπαγγέλλοντός τινος αὐτῷ ὅτι πεπλούτηκέ τις αὐτοῦ τῶν φίλων, ἵνα συγχάρηται, σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας, εἶπεν, Ἀγαθὴ τύχη. δείνος ὁ κὴ ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφλημένον, μάρτυρας παρακαλεῖ. κὴ χλιανοῦντος ὄνος μάχεσθαι ᾧ παιδὶ, ὅτι σίκυος αὐτὸν ἠρέασε. καὶ τὰ παιδία ἑαυτῷ παλαίειν ἀναγκάζων, καὶ πεσόντα ἔκλαιεν, εἰς κόπτυς ἐμβάλλεν. καὶ ἐν ἀγορᾷ αὐτὸς φακλὼ ἕψων, δὶς ἄλας εἰς τὸν χύτραν ἐμβάλλων, ἄβρωτον ποιῆσαι. κὴ ὑονίου τῶ Διὸς εἰπεῖν, ἡδύ γε τῶν ἄγρων νομίζει, ὅτι δὴ κὴ οἱ ἄλλοι λέγουσι [ὠλεῖο] πάση. κὴ λέγοντός τινος, πόσους οἴει κτῆναι τὰς ἑπτὰ πύλας ἐξενεχθῆναι νεκρούς; πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ κὴ σοὶ γένοιντο.

Κεφ. ιϛ'.

ΠΕΡΙ ΑΥΘΑΔΕΙΑΣ.

Ἡ δὲ αὐθάδεια, ἐστὶν ἀπιθώεια ὁμιλίας ἐν λόγοις. οἷός κ' ἂν αὐθάδης, τοιοῦτός τις οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα πῶς ἔζην, εἰπεῖν, πεζὰ ματά μοι μὴ πάρεχε. κὴ προσαγορευθεὶς,

rere ſolet, reperire autem non poteſt. Quumq; nuntiatur illi obiiſſe aliquẽ ex familiaribus ipſius, ut veniat exequias, tum ille vultu ad mœſtitiã compoſito, lachrymas etiam fundens, Bene, inquit, eveniat. Debitas autem pecunias recipiens, teſtes ſibi adſciſcit: & vigente hyeme, cum famulo quòd cucumeres non emerit, jurgatur. Puerulos quinetiã ſuos ut lucta ſe exerceant, curſu contendant, uſq; ad fatigationem cogere ſolet. In agro lentẽ ipſe coquens, ſale bis in ollam injecto, ut mandi nequeat, efficit: cumq; à Jove pluit, Sanè quam inquit, ſiderum aqua ſuavis mihi videtur dum alii dicunt, *perierunt prata*. Rogatus ab aliquo, Ecquot putet Sacra porta elatos mortuos: Quot utinam, reſpondens ait, ego & tu haberemus.

CAP. XVI.

De Contumacia ſive Ferocitate.

CONtumacia eſt verborum in congreſſionibus & vitæ quotidianæ uſu duritas. Homo contumax ita eſt comparatus, ut ſi quis ex ipſo ſciſcitetur, Ubi eſt ille? reſpondeat, Ne ſis mihi

ρούθεις, μὴ ἀντιφθέγξῃ. καὶ πωλῶν τι, μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις, πόσου ἄν [τις] ἀποδοῖτο, ἀλλ' ἐρωτᾶν, τί ἐυρίσκῃ. καὶ τοῖς [θ' ἱεῖον] τιμῶσι, καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς, εἰπεῖν ὅτι σὺκ ἂν γένοιτο διδόμενα. καὶ σὺκ ἔχων συγγνώμην ἔχειν τῷ ἀπώσμενον αὐτὸν ἀκουσίως, ἔτε τῷ ὤσθμενον, ἔτε ᾧ ἐμβάντι. καὶ φίλῳ δ' ἔξαινον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι σὺκ ἂν δοίη, ὕστερον ἥκειν φέρων, καὶ λέγειν ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο θ' ἀργύριον. καὶ φορτίαις ἐν τῇ ὁδῷ, θῆνος καταρᾶσθαι ᾧ λίθῳ. καὶ ἂν ὑπομείναι σὺκ ἂν φορτμείναι πολὺν χρόνον ἐθέλειν. καὶ ἔτε ᾄσαι, ἔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, ἔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι. θῆνός δ' καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι.

Κεφ. ιζ.

ΠΕΡΙ ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

ΑΜΕΛΕΙ ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν εἶναι δειλία φοβὸς θ' δαιμόνιον. ὁ δ'

hi moleſtus. Salutatus, ſalutare invicem negligit: cumq; aliquid vendit, non dicit, quantum emptori dandum ſit, ſed interrogat, quid inveniat, *quid quærat*. Religioſis quoque hominibus, & qui ad feſta ſolennia diis dona mittunt, dicere ſolet minimè gratis datum ipſis iri, ſi quid divino acceperint munere. Si quis illum vel invitus, aut expulerit, aut pepulerit, aut pede preſſerit, non eſt exorabilis. Et cum amico dixerit, collationē pecuniæ ab ipſo petenti, nihil ſe daturum, poſtea ipſe ultro afferet, dicetque, Velle ſe hanc quoq; pecuniam perdere. In via ſi ad lapidem offenderit, maledicet illi. Et ut aliquando ſubſiſtat alicujus expectandi cauſa, nunquam tamen diutius cuiquam præſtolabitur. Idem, ut cantet in conviviis, aut vice ſua recitet aut ſaltet, adduci non poteſt. Poſtremò Diis ipſis vota facere non curat.

CAP. XVII.

De Superſtitione.

SUperſtitionem ſanè definire poſſumus, meticuloſum erga numen affectum.

δὲ δεισιδαίμων, τοιοῦτός τις οἷος ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ περιῤῥαναμένος ἀπὸ ἱεροῦ, δάφνης [πέταλα] εἰς τὸ στόμα λαβὼν, ὕπτιος τὴν ἡμέραν περιπατῇ· καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν περιδραμὴν γαλῆ, μὴ πρόσθεν πορεύεσθαι, ἕως διεξέλθῃ τις, ἢ λίθους τρεῖς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ βαλὼν. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν εἶναι ἡγήσασθαι. καὶ τὴν λιπαρῶν λίθων τὴν ἐν ταῖς τριόδοις παρὼν, ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν. καὶ ὅτι γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας, ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ἐὰν μῦς διάκονον ἁλφίτων διαφάγῃ, πρὸς μὲν ἐξηγητὴν ἐλθὼν, ἐρωτᾶν τί χρὴ ποιεῖν· καὶ ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ ἐκδοῦναι δὲ σκυτοδέψῃ ἐπορράψαι, μὴ προσέχων τοῦτο, ἀλλὰ ἀποτραπεὶς ἐκδύσασθαι. καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαίρειν. καὶ ἔτε ὄπιβλῶν μνήματι, ἔτε ὅτι νεκρὸν ἐλθεῖν, ἔτε ὅτι λεχὼ. καὶ ἔτι ἐνύπνιον ἰδὴ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας, πρὸς τοὺς μάντεις, πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους, ἐρωτήσων τίνι θεῷ ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ. καὶ τελεσθησόμενος, πρὸς τοὺς Ορφεοτελεστὰς

ctum. Superstitiosus verò is est, qui elotis manibus & aqua lustrali aspersus è templo, solium lauri ore prehensum tenens, integrum diem ita ambulet. Si viam mustela eo ingrediente transcurrerit, non ante progreditur quã alius prior transierit; aut ipse tres lapides trans viã miserit. Serpentes si viderit in ædibus, sacellũ eo loco extruet. Lapides unctos qui sunt in triviis, solet oleo ex ampulla perfundere: nec prius discedere quam posito genu eos fuerit veneratus. Quòd si mus fortè farinæ follem arroserit, adit ad interpretem, & quid facto sit opus eum percontatur: qui si respondeat, cerdoni nimirum tradendum esse illũ follem ut sartiatur: superstitiosus iste neglecto arioli responso, religioni rem habens, exinanitũ saccum à se amolietur. Solet etiam domũ crebro purificare: sepulchrũ nullũ insistere: ad defunctorũ justa nullus accedere: neq; item ad ullã unquam puerperam. Insomnium porro si viderit, pergere ille ad somniorum interpretes, ad divinos, ad augures, scitaturus, cui deo, cui deæ vota sint facienda. Et ut sacris initietur, ad Orpheote-

lestas

σὰς καὶ μίσσα προβύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός. ἐὰν δὲ μὴ φιλάζῃ γυνὴ, μετὰ τῆς πίτθης καὶ τῶν παιδίων. καὶ ὅπως τὰς περιόδους ἀπελθὼν καὶ κεφαλῆς λέσασθαι καὶ ἱερεῖας καλέσας, σκύλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν ὧδε καθᾶραι· μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ὁπόληπτον, φείξας εἰς κόλπον πλύσαι.

Κεφ. ιη'.

ΠΕΡΙ ΜΕΜΨΙΜΟΙΡΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δὲ ἡ μεμψιμοιρία, ὁπότ' μησις ἔχει τὸ προσῆκον δεδομένη. ὁ δὲ μεμψίμοιρος, τοιοῦτος δέ τις οἷος, ἀπαιτεῖλαν τὸς μερίδα τοῦ φίλου, εἰπεῖν πρὸς φέροντα, ἐφθόνησάς μοι τῶ ζωμοῦ, καὶ ὄξους οἰναρείου, οὐκ ὀπὶ δόφπνον καλέσας· καὶ ὑπὸ τῆς ἑταίρας καταφιλούμενος, εἰπεῖν, θαυμάζω εἰ σὺ καὶ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς. καὶ τῷ Διὶ ἀγόμαχτος, ὃ διότι ὗει, ἀλλὰ δίοτι ὕστερον. καὶ ἑυρὼν τι ἐν τῇ ὁδῷ βαλάντιον, εἰπεῖν, ἀλλ' ὃ θησαυρὸν ἔυρηκα ὑδέποτε.

leſtas ſingulis menſibus cum uxore: aut ſi uxori non vacet, cum nutrice & filiolis ſuis itat. Præterea in compitis antequã inde diſcedat, aqua in caput aſperſa ſe luſtrat. Piatricibus quin etiam aſcitis, jubet ſe ſquillæ aut catuli circumlatione purgari. Quod ſi quem mente captum aut comitialem viderit, ſolet inhorreſcens in ſinum ſibi deſpuere.

CAP. XVIII.

De Querela, ſive, iniqua Querulitate.

QUerela iniqua, eſt expoſtulatio nullo jure facta. Hominis autem queruli mores iſtiuſmodi ſunt, ut ſi ad eum amicus portionem aliquam è convivio miſerit, dicat ei qui afferat, Hoc illud eſt quod ego ad cœnam non ſum vocatus: invidiſti nimirũ mihi juſculum & villũ tuũ, & cum illũ amica etiam & etiã ſuaviatur, Miror, inquit, ſi tu ex animo iſta mihi des baſia. Jovi ſucceuſet, non modo ſi non pluat: ſed etiã ſi ſerius: cumq; in via crumenã invenit, Ego vero, ait theſaurũ nullum unquam reperi. Similiter quũ parvo mancipiũ emerit, utpote

ποτε. καὶ πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον, ἅπερ πολλὰ δεηθεὶς τοῦ πωλοῦντος, θαυμάζω, εἰπεῖν, ὅπως ὑγιὲς ὄντα ἄξιον ἐώνημαι. καὶ πρὸς τὸν συναγελιζόμενον ὅτι ὑός σοι γήγονεν, εἰπεῖν, ὅτι ἂν σφαδάσῃς, καὶ τῆς ὑσίας τὸ ἥμισυ ἅπεσιν, ἀληθῆ ἐρεῖς. καὶ δίκῃν νικήσας καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους, ἐγκαλεῖν τῷ πράξαντι τὸν λόγον, ὡς πολλὰ συνεχελοιποτι τῶν δικαίων. καὶ ἐξαίνης εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων, καὶ φήσαντός τινος ἱλαρὸς ἔσῃ· καὶ πῶς, εἰπεῖν, ὅτε δεῖ τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι ἐκάστῳ, καὶ χωρὶς τούτων χάριν ὀφείλειν ὡς συνηργηκότι.

Κεφ. ιϛ'.

ΠΕΡΙ ΑΠΙΣΤΙΑΣ.

ΕΣΤΙΝ ἀμέλει ἀπιστία ὑπόληψίς τις ἀδικίας κτημάτων. ὁ δὲ ἄπιστος, τοιοῦτός τις οἷος, ἀπιστεῖλαι καὶ παῖδα ὀψωνήσοντα, ἕτερον παῖδα πέμπειν πρόσθεν ἐπειρᾶσθαι· καὶ φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν

utpote exorato multis precibus venditore, Mirũ sanè, inquit, si tantulo quicquam emerim quod sit alicujus pretii. Jam si quis lætũ illũ nunciũ ipsi afferat, Filiolo, inquiens, auctus es: Adjice, ait ille, Et dimidia bonorũ pars tibi periit, tum quod res est dixeris. Idem postquam in judicio omnium calculis vicit, nihilominus tamen de eo conqueritur, qui orationẽ scripsit quã pro se habuit, ut qui multa ipsius justa omiserit. Jam si ad sublevandã ipsius egestatem amici pecunias contulerint: & dicat deinde aliquis, nunc esto hilaris: Quo pacto esse possum? inquit: cum & singulis sua sit pecunia reddenda: & hoc amplius gratiæ cuiq; tanquam pro accepto beneficio habendæ?

CAP. XIX.

De Diffidentia.

DIffidentia est per quam omnes fraudis suspectos habemus. Diffidens autem is est, qui si ad emenda obsonia puerum miserit, alium mox mittat, qui percontetur quanti emerit. Si ferat ipse pecunias, solet eas singulis

καθίον, ἀεὶ δὲ μᾶλλον πόσον δεῖ. καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾶν καὶ ἀκούειν μᾶλλον, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ χειλιόγραμμον, καὶ εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται. καὶ ἐὰν ἐκείνη φῇ, μηδὲν ἧττον αὐτὸς ἀναστὰς γυμνὸς ἐκ τῆς στρωμάτων, καὶ ἀνυπόδητος, καὶ λύχνον ἅψας, ταῦτα πάντα διελθὼν ὅπισθεν ἐπανελθεῖν, καὶ οὕτω μόλις ὕπνου τυγχάνειν. καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον, μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς δόκους, ὅπως μὴ δύνωνται ἔξαρνοι γενέσθαι. καὶ τὸ ἐμπόριον δὲ ἐκδοῦναι θέλειν, οὐχ ᾧ τὰ βέλτιστα ἐργάσεται, ἀλλ' ὅπου ἡ ἄξιος εὐγνωμοσύνης τῆς ἀναφέρεσθαι. καὶ ὅταν ἥκῃ τις αἰτησόμενος ἐκπώματα, μᾶλλον μὴ δοῦναι [εἰ μή, δι' ὀλίγου ἀπαιτεῖν.] καὶ πᾶσι δὲ ἀκολουθοῦντα κελεύειν, αὐτῷ ὄπισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ' ἔμπροσθεν, ἵνα φυλάττηται αὐτὸ μὴ ὀπίσω ὁδῷ ἀποδράσῃ. καὶ τοῖς εἰληφόσι πάλιν αὐτοὺς καὶ λέγουσι, πόσου, [εἰπεῖν] καθόλου· οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν.

Κεφ.

ſtadiis numerare. Cubans in lecto, uxorem interrogat an capſam bene clauſerit: an probè ſit arca obſignatarian veſtibuli foribus peſſulus ſit obditus; ac licet affirmet illa, nihilo tamen ſecius nudus ac diſcalceatus è lecto ſurgens, accenſa lucerna, obire ſingula & inſpicere pergit, ac vix ita tandē ſomno ſe dedere. Ad debitores ſuos fœnus ſortis exacturus cum teſtibus accedit: ne inficiàs videlicet ire poſſint. Veſtē poliendā dealbandamq; non ei dare ſolet qui fullo ſit optimus: ſed ei qui fidejuſſorem det idoneum. Quod ſi quis pocula ab ipſo commodato roget, ſolet ille maximè quidē, non dare: aut ſi quando det, continuo repetere. Puerū à pedibus jubet non à tergo ſequi, ſed ante ſe ambulare: ne poſſit ille inter eundū fugā capeſſere hac ratione cavens. Poſtremo iis qui cum aliquid ab ipſo ſumſerint, dicunt illi, Refer in rationes: Imo, ait, depone: non enim vacat mittere flagitatum.

Κεφ. κ'.

ΠΕΡΙ ΔΥΣΧΕΡΕΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δὲ ἡ δυσχέρεια ἀνθρωπίνου σώματος, λύπης ψυχικῆς ἀσκευαστική. ὁ δὴ δυσχερὴς τοιοῦτός τις οἷος λέπραν ἔχων καὶ ἀλφόν, καὶ τὰς ὄνυχας μεγάλους, ψωριατής· καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι σὺν αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα, καὶ ⟨illegible⟩ πατέρα ἔχειν καὶ ⟨illegible⟩ πάππον. ἀμέλει δὴ δρόμος καὶ ἕλκη ἔχων ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, καὶ φλεγματώματα ἐν τοῖς δακτύλοις, καὶ ταῦτα μὴ θεραπεύσας, ἀλλ' ἐάσας θηριωθῆναι. καὶ ζωὰς μαχαίρας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄρρις ὅτι πολὺ τῶν πλουσίων. καὶ τὰς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐθιομένους· ὥστε δυσέντευκτος εἶναι καὶ ἀηδής. καὶ τὰ τοιαῦτα. ἐθίων ἀπομύττεσθαι· δύειν ἀρξάμενος, φλεγματαλγῆν, καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τῆς στόματος· ἅμα τῷ πτύειν, φλεγματώδη ἀναγαγόντα· ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι· ἱμάτιον κνιδίνων μεσοῦν ἀναβαλόμενος, εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν. καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθού-

σης,

CAP. XX.

De Fœditate.

FOeditas eſt corporis incuria & illuvies hominibus moleſta. Homo fœdus is eſt, qui lepra & vitiligine laborans, ungueſq; habens prælongos, inter homines verſetur: ac dicat gentileis ſibi eſſe hos morbos: nam & patrẽ & ávũ fuiſſe eis obnoxios. Solet etiam ulcera in tibiis, & in digitis tubercula habens, nullam iis medicinã facere: ſed ſinere donec incurabilia reddantur. Axillas ferarũ more hirſutas, pilis magnam laterũ partẽ occupantibus, habet. Dentes vero nigros atq; exeſos, ut moleſtus ſit & inſuavis cum eo congreſſus. Eidem hæc quoq; conveniunt: nares inter comedendũ mungere: & quũ edere inceperit colloqui, & ex ore quædã emitere: inter bibendum eructare: oleo in balneis uti rancido: idemq; in forũ veſte amictus quæ ſit maculis inquinata, prodibit: quumq; ad aruſpicẽ mater exierit, lingua interea non favere, neque à malis verbis ſe abſtinere moris habet. Sæpe

Κεφ. κ'.

ΠΕΡΙ ΔΥΣΧΕΡΕΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δὲ ἡ δυσχέρεια ἀθεραπεύτου σώματος, λύπης ψυχικῆς. ὁ γὰρ δυσχερὴς τοιοῦτός τις οἷος. λέπραν ἔχων καὶ ἀλφόν, καὶ τὰς ὄνυχας μεγάλας, ἀφεὶς πατεῖν. καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι σὺν τῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα, καὶ ὃν πατέρα ἔχειν καὶ ὃν πάππον. ἀμέλει γοῦν φθὼς καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, καὶ φλεγματισμάτα ἐν τοῖς δακτύλοις, καὶ ταῦτα μὴ θεραπεύειν, ἀλλ' ἐᾶν ἀπειωθῆναι. καὶ ζῶν μαχαίρας ἀπριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄῤῥις ὅτι πολὺ τῆς πλουσίων. καὶ τὰς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐθιομένους ὥστε δυσίντυκτον εἶναι καὶ ἀηδῆ. καὶ τὰ τοιαῦτα. ἐθίων ἀπομύττεσθαι. δύειν ἀῤξάμενον, φλεγματίζειν, καὶ ἀπορῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος· ἅμα τῷ πτύειν, φλεγμαίνειν· ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι· ἱμάτιον κνιδίνου μέσον ἀναβαλόμενον, εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν. καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθόντος,

CAP. XX.

De Fœditate.

FOeditas eſt corporis incuria & illuvies hominibus moleſta. Homo fœdus is eſt, qui lepra & vitiligine laborans, unguesq; habens prælongos, inter homines verſetur: ac dicat gentileis ſibi eſſe hos morbos: nam & patrē & ávū fuiſſe eis obnoxios. Solet etiam ulcera in tibiis, & in digitis tubercula habens, nullam iis medicinā facere: ſed ſinere donec incurabilia reddantur. Axillas ferarū more hirſutas, pilis magnam laterū partē occupantibus, habet. Dentes vero nigros atq; exeſos, ut moleſtus ſit & inſuavis cum eo congreſſus. Eidem hæc quoq; conveniunt: nares inter comedendū mungere: & quū edere inceperit colloqui, & ex ore quædā emitere: inter bibendum eructare: oleo in balneis uti rancido: idemq; in forū veſte amictus quæ ſit maculis inquinata, prodibit: quumq; ad aruſpicē mater exierit, lingua interea non favere, neque à malis verbis ſe abſtinere moris habet. Sæpe

σης, βλασφημῆσαι. καὶ ὑγρομύων καὶ σπανδόντων ἐκβαλεῖν τὸ ποτήριον, καὶ γελάσαι ὡς παιδιόν τι πεποιηκώς. καὶ αὐλέμυον. ἢ κροτῆσαι ταῖς χερσὶ μὴ ὑπὸ ἄλλων, καὶ συμπαίζειν. καὶ δειλιμαῶν τῇ αὐλητρίδι μὴ ταχὺ παυσαμένῃ. καὶ ἀποπίνσαι δὲ βελόμενον ὑπὲρ τῆς παιζούσης, προσπίνσαι τῷ οἰκοδεσπότῃ.

Κεφ. κα'.

ΠΕΡΙ ΑΗΔΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δὲ ἀηδία ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἐντύξεις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης. ὁ δὲ ἀηδὴς, τοιοῦτός τις οἷος ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα εἰσελθών, ἵνα αὐτῷ λαλῇ. καὶ ἀνάγκασαι δὴ μέλλοντας κωλύειν. καὶ προσελθὼν, δεῖσθαι ὑπομεῖναι ἕως ἂν περιπατήσῃ. καὶ ὃ παιδίον τῆς πίτδης ἀφελόμενον, μαστώμενον. σπίζειν ἀνίους, ἀναχορίζεσθαι ποταπύζον. καὶ ἐδίων δ' ἅμα διηγεῖσθαι ὡς ἐλλίβανον πιὼν, ἄνω καὶ κάτω καταρ-

ρεῖν,

etiam dum vota libationesq; fiunt, paterā sibi è manibus elabi sinit, & simul risum tollit, quasi aliquid fecerit portentosum. Tibicines si audiat, unus inter omnes manibus plaudere, atq; eorū etiam modulos inepta imitatione effingere; dein tibicinā quod cito finem non fecerit, increpare: & dum ultra mensam vult expuere, eum qui pocula in convivio ministrat, conspuit.

CAP. XXI.

De Insuavitate, sive, Tædio.

TÆdium, si definire velis, est molestus absq; damno congressus. Homo tædiosus est qui vix incipientē dormire excitet, ingressus ut cum eo colloquatur: & qui ad eum accedens qui inibi est, ut navim solvat, moram ei afferat, & expectare jubeat, donec aliquot secum spatia confecerit. Infantem etiam puerum nutrici suæ adimens ipse mansū ei cibum in os inseret, & blandulè compellans, poppysmis permulcebit. Inter edendū narrat se helleboro accepto, quæ in visceribus hærerent, ejeciſſe dejeciſ-

δείη. καὶ ζωμοῦ δ' ἀφαιρεμένου [εἰπὼν ὅτι] ἐν τοῖς ἀποχωρήμασιν αὐτὸ μελάντερα ἡ χολή. καὶ ἐρωτῆσαι δὲ δεινὸς ἐναντίον τῶν οἰκείων, ὡς ποίᾳ ἡμέρᾳ με ἔτικτε. καὶ ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἔχει πρὸς αὐτὸ λαχανᾶιον. καὶ ὡς κῆπον λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἀπαλά, καὶ ὅτι ἡ οἰκία αὐτῷ πανδοχεῖόν ἐστι· καὶ ξενίζων ἔφη δεῖξαι ἂν ἄφαστον αὐτῷ ποῖός τις· καὶ ἀφαιρεθεὶς ἔφη ὅτι τῷ ποτηρίου ὅτι πέρυσιν τὸν πρόποτον.

Κεφ. κϛ'.

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ.

Ἡ δὲ μικροφιλοτιμία δόξειεν εἶναι ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος. ὁ δὲ μικροφιλότιμος, τοιοῦτός τις, οἷος ἀπυθόμενος, ὅτι δεῖπνον κληθεὶς, πρὸς αὐτὸν ἂν καλέσαντα καταπειμένου δειπνῆσαι, καὶ ἂν ὑὸν ἀποκείρας ἀπαγαγὼν εἰς Δελφούς. καὶ ὅτι μελητεύσας ἔφη ὅπως αὐτὸν ὁ ἀκόλουθος Αἰλιόφ ἕξει. καὶ ἀποδιδοὺς μνᾶν ἀργυρίου, κανὸν ποιῆσαι

seque: tum addit, in effusis bilem fuisse jure appositō magis atram. A matre præsentibus amicis & familiarib. quærere amat, Ecqua me die mater peperisti? Aquam ait sibi esse in cisterna frigidam: olera in horto multa & tenera: domum suam hospitibus ita patere, quasi esset publicū diversorium: & quum peregrinos hospitio excipit, parasitū suum producit ut videant illi qualis sit: atq; in convivio ad ipsum conversus, Heus tu, parasite, inquit, ut iis qui hic adsunt, sis oblectamento.

CAP. XXII.

De Sordida & frivola laudis Cupidine.

Μικροφιλοτιμία, quam possis Latine dicere ineptam ac circa res parvas versantem ambitionem; ea est honorum ac gloriæ cupido illiberalis. Homo vero inepte ambitiosus is est, qui ad cœnam vocatus, convivatori ipsi studeat assidere: qui filium Delphos abducat, ubi comam ponat: qui operā det ut pedissequū habeat genere Æthiopem: qui etiam, si minam argenti velit solvere, laboret ut

reddat

ποιῆσαι ἀποδοῶναι. καὶ βοῦν θύσαι, ὃ
προμετωπίδιον ἀπομιμησάμενος τῆς εἰσόδου
προπαρακαλεῦσαι, στέμμασι μεγάλοις
καταδήσας, ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν ὅτι
βουῶν ἔθυσε. καὶ πομπεύσας ἅμα μὲν τὴν
ἱππέων, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποδοῦ-
ναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκὼν οἴκαδε, ἀνα-
βαλόμενος δὲ λοιμάττον εἰς τὸν ἀγρὸν κατέπαυσεν. καὶ κωμαρίου ἅμα πολυ-
πίσματος, αὐτὸς μνῆμα ποιήσας· καὶ
στηλίδιον ποιήσας, ἐπιγράψας, ΚΛΑ-
ΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ. καὶ ἀνα-
θεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ Ασκλη-
πείῳ, τοῦτον ἐκτρέφειν στέφανον· καὶ ἀ-
λείφεσθαι ὁσημέραι. ἀμέλει δὲ καὶ συν-
διοικήσασθαι τὰ κατὰ τὴν πρυτάνεων ὅ-
πως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά. καὶ
κατασκευασάμενος. λαμπρὸν ἱμάτι-
ον, καὶ ἐστεφανωμένος. παρελθὼν εἶπεν,
Ω ἄνδρες Αθηναῖοι, ἐθύσαμεν οἱ πρυ-
τάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἄ-
ξια καὶ καλά, καὶ ὑμῖν δέδοκται τὰ
ἀγαθά. καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας, ἀπ-
ιὼν διηγήσασθαι οἴκαδε τῇ ἑαυτοῦ γυ-
ναικὶ ὡς καθ' ὑπερβολὴν ἀνήμερος.

CAP.

reddat in aſpero. Et ſi bovẽ ſacrificarit, ſolet anteriorem capitis ejus partẽ magnis redimitam ſertis pro foribus in ipſo introitu figere: ut intelligant quicunq; ingredientur eſſe ab ipſo bovem mactatum. Atq; ubi pompam cum aliis equitibus duxit, reliquis omnibus puero traditis, qui ea domũ referat, ipſe trabeatus in forum pergit & ibi deambulat, quumq; illi parvulus aliquis canis fuerit mortuus, monumentum ei faciet, aſcriptis etiam in columella his verbis, SURCULUS MELITENSIS. Jam cum æreum annulum Æſculapio conſecrarit, appenſis ſubinde novis coronis totũ atteret: atq; adeo ipſe quotidie unguẽtis oblinitur. Sane etiam, quæ pertinent ad curam magiſtratus, quos prytaneos vocant, ipſe diligenter curare ſolet: quo poſſit, ubi litatum fuerit, rem populo renuntiare. Itaq; candidatus & coronatus in concionem prodit, & infit, Nos prytanei, ô Athenienſes Matri Deûm ſacra rite fecimus & litavimus: vos igitur omnia fauſta expectate. His ita renunciatis, domũ revertitur; deinde uxori narrat ſibi proſpere ſupra modũ res ſuccedere.

CAP.

Κεφ. κγ'.

ΠΕΡΙ ΑΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ.

Ἡ δὲ ἀνελευθερία, ἔστι περιουσία τις ἀφιλοτιμίας δαπάνλων ἔχουσα. ὁ δὴ ἀνελεύθερος, τοιοῦτός τις οἷος νικῶν τραγῳδοῖς, ταινίαν ἀναθεῖναι ξυλίνλων τῷ Διονύσῳ, ὄνομα γράψας αὐτῷ ὄνομα. καὶ ἀποδόσεων γινομένων, ἐκ τοῦ δήμου ἀναιρεῖς, σιωπᾷν, ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν. καὶ ἐκδιδοὺς αὐτῷ γυναῖκα τῷ μὴ ἱερεῖ, πλὴν τῷ ἱερέων, τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι. τοὺς δὲ ἀλλογενεῖς ἐν τοῖς γάμοις οἰκοῦντους μαθήσασθαι. καὶ τριηραρχῶν, τὰ τοῦ κυβερνήτου σκεύματα ὑπὲρ τοῦ καταστρώματος ὑποστορέννυσθαι, τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποπλύνειν. καὶ ἐξ ἀγορᾶς δὲ ὀψωνήσας, τὰ κρέα αὐτὸς φέρειν καὶ ζωλάχθμα ἐν ᾧ προκολπίῳ. καὶ ἔνδον μένειν ὅπου ἐκδῷ γοιμάτιον ἐκπλυνᾶν. καὶ φίλου ἔρανον συλλέγοντος, προεισβάλλειν ἐκ τῆς ὁδοῦ οἰ-

κόθε

CAP. XXIII.

De Illiberalitate.

ILliberalitas eſt nimius quidam, præ ſtudio parcendi ſumptibus, gloriæ contemptus. Illiberalis autem is eſt, qui ſi à tragico certamine victoriam reportarit, tæniam Libero patri ligneam conſecret, in qua nomen ipſius ſit inſcriptum: qui etiam cum neceſſario Reip. tempore pecuniæ à civibus extra ordinem conferuntur, in concione ſurgens, ſilentio utatur, aut è medio ſe proripiat. Filiam ſuam nuptum collocans, mactatæ victimæ carnes omnes, iis exceptis ex quibus fiunt ſacra, vendit: & ad miniſtrandum in nuptiis, mercede conductos adhibet, qui ſuo quiſq; cibo veſcantur. Triremi præfectus quam inſtruxit, gubernatoris ſtragulis tabulata ſternet, ſuis interea uti parcens. E foro poſtquam obſonatus eſt rediens, carnes ipſe geſtat, atq; olera etiam in ſinu. Veſtem quando à ſordibus purgandam locavit, domi tantiſper ſe continet. Quod ſi quis amicorum ejus fortuna uſus adverſa, eranum à ſuis familiaribus exigat,

καὶ δὲ πορδιδῶναι. καὶ μὴ πρίασθαι ἀπεκπέμπας, ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τοὺς ἐξόδους. καὶ ἀναξὰς, πλὴν οἰκίαν καλλύναι, καὶ τοὺς κλίνας ἐκκορῆσαι. καὶ καθεζόμενος. σχεδρίαν καὶ πέδιλα ἐν αὐτοῖς φορεῖ.

Κεφ. κδ'.

ΠΕΡΙ ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ.

ΑΜΕΛΕΙ ἢ ἀλαζονεία δίξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν ὄντων. ὁ δ' ἀλαζὼν, πλουτός τις οἷος. ἐν τῷ Δείγματι ἐπικαὶς διηγεῖσθαι ξένοις ὡς πολλὰ χρήματα αὐτῷ ὄφειλον ἐν τῇ Θαλάττῃ. καὶ ὡς τῆς ἐργασίας δημοσιικῆς διεξιέναι, ἡλίκη, καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε. καὶ συνοδοιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ, λέγειν ὡς μὴ Ἀλεξάνδρου ἐφαπτόμενος. καὶ ὅτε λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε, καὶ ὡς τὴν τεχνίτιν τὴν ἐν τῇ αὐλῇ, ὅτι βελτίους εἰσὶ τὴν ἐν τῇ Ἐρώμῃ, ἀμφισβητῆσαι καὶ γραμμαζοφορῆσαι ὡς πάρ-

gat, idq; ipſe ſciat, deflectens ex itinere, domum tendit. Uxori ancillas emit ille quidem nullas; ſed quæ in publicũ prodeuntem comitentur, conducit. Mane ubi ſurrexit, domũ ipſe mundare, lectoſque purgare ſolet: & ſedens, vile quod geſtat pallium, invertere.

CAP XXIV.

De Oſtentatione.

OStentatio dici queat, inanis bonorum quorundam quæ non adſint, prædicatio. Oſtentator autem ejuſmodi eſt, qui in digmate Piræei ſtans, peregrinis narret multam ſe pecuniam trajectitiam habere: & de toto fœnebri quæſtu longos ſermones habeat, quantus ille ſit explicans, & quæ lucra inde fecerit. Inter eundum viæ comitem nactus, ſe ſub Alexandro in illa nobili expeditione meruiſſe narrabit: & quam multa inde gemmata potoria reportarit: Aſiaticos etiam artifices, Europæis eſſe præſtantiores, diſſentientibus aliis contendet. Deinde literas ab Antipatro eſſe allatas memorabit, quæ ipſum vix duobus

εσι πρὸς Αντιπάτρου, τέτον δὴ λέγοντα προχειρίσασθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν. καὶ διδυμόμης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀπελθὼς, εἰπεῖν ὅτι ἀπείρηται, ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ. καὶ ἐν τῇ οἰκοδομίᾳ ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα ἠνοίξῃ αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν. καὶ ἀγνώστων ὄντων προχαμηλίων, κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους, καὶ ποσοῦ αὐτὰς καθ' ἑξακοσίους, κτὶ μίαν· καὶ προσιθεὶς πίδακα ἑκάστοις τέτων ὀνόματα, ποιῆσαι δέκα τάλαντα. καὶ τοῦτο φῆσαι εἰσενίωσχέναι εἰς ἐρανους αὐλὸν. καὶ τὰς περιεργίας εἰπεῖν ὅτι ὑπὸ πάσης, εὖδε τὰς λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε. καὶ προσελθὼν δ' εἰς τὸς ἵππους τὸς ἀγαθοὺς πωλῆσαι, προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν. καὶ ὅπου τὰς σκηνὰς ἑλκὸν, ἰμάτισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα. καὶ φάσκοντα παιδὶ μάχεσθαι ὑκ ἔχρυπ χρυσὸν ἐν τῷ ἀκολυθῆν. καὶ ἐν μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν, φῆσαι ταύτῃ εἶναι τὴν παραφωνίαν, πρὸς ᾧ μὴ εἰδότα· καὶ ὅτι μέλλῃ πω-

λῆν

duobus comitatum in Macedoniam, veniſſe dicant Se: cum eſſet ſibi materiæ conceſſa immunis exportatio, oblato beneficio uti noluiſſe, ut omnes omniũ calumnias effugeret. Eundem ſe, in caritate annonæ amplius quinq; talenta pauperibus civibus largientẽ inſumſiſſe. Si ignotis aſſideat, eos jubebit ponere calculos, & illorum quibus aliquid erogarit, numerum inire: qui ut ſexcenti reperiantur, calculis ſigillatim multiplicatis, probabilibus etiã cuiq; eorum nominibus additis, efficiet, ut decem talentorũ ſumma tandẽ colligatur, quam omnem ſe inopibus ſublevandis impendiſſe affirmabit: & tamen taceo, inquit, inſtructas à me triremes, & alia quibus Reip. cauſa ſum functus munia ſumptuoſa. Idẽ ad eos accedens, qui generoſos equos vendunt, velle ſe emere ſimulat: & in nundinis ad tentoria eorũ, qui merces vænũ exponũt, appropinquans, veſtem ſibi oſtendi jubet duûm talentorum. Puerũ quod ſe ſine auro ſequatur, graviter objurgat. Deniq; in conducto habitans, ſi cum aliquo ſermonẽ habeat, qui id ignoret, paternas eſſe has ædes di-

λῆν αὐτῷ ἀφ' ὃ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας.

Κεφ. κέ.

ΠΕΡΙ ΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δὲ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις πλησίον αὐτῷ τῶν ἄλλων. ὁ δὴ ὑπερήφανος τοιοσδέ τις, οἷος τῷ παρόδοντι [ἐντυγχάνῃ αὐτῷ] ἀπὸ δείπνου ἐστὸν ξένας φάσκειν ἐν τῷ πρώτῳ. καὶ εὖ ποιήσας, μεμνῆσθαι φάσκῃν ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ βιάζεσθαι. καὶ προσελθὼν πρόπερος ἐσθιενὶ τελῆσαι. καὶ τὸν πωλοῦντα τι καὶ μεμαθηκότα δεινὸς κελεύειν ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἅμ' ἡμέρᾳ. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος μὴ λαλῆν τοῖς ἐντυγχάνουσι, κάτω κεκυφώς. ὅπου δὴ αὐτῷ δόξῃ ἑστιᾶν τοὺς φίλους, αὐτὸς μὴ συνδειπνεῖν, ἀλλὰ τῷ ὑφ' αὑτὸν τινι σωτάξαι αὐτῷ ὅπως μελήσει. καὶ προαποστέλλειν ὃν ἐπὰν πορεύηται ὡς ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται. ὡς οὔτε ἐπ' ἀλειφόμενον αὐτὸν ἔτι ἐθέλοντα ἐάσειν ἂν εἰσελθεῖν. ἀμελὴς δὴ καὶ λογιζόμενος πρός τινα, τῷ παιδὶ σωτάξαι

cet: quas ipſe quod ſint ad hoſpites excipiendos anguſtiores, vendere cogitet.

CAP. XXV.

De Superbia.

SUperbia eſt, aliorum omnium præterquàm ſui, contemptus. Homo ſuperbus talis eſt. Si quis eum properè *conventum velit*, à cœna ſe illum conventurum dicet inter ambulandum. Si fuerit de quoquam bene meritus, meminiſſe *beneficii* etiam in viis jubebit, atque adeo coget. Prior ad quemquam accedere nolet. Eos qui emunt aliquid ab ipſo, vel aliquid rerum illius conduxerunt, jubere non veretur, ut prima luce ad ſe veniant. Dum per vias ingreditur, caput ſemper demittens, obviorum neminem alloquitur. Si viſum aliquando ei fuerit amicos convivio excipere, ipſe cum illis non cœnat: ſed eorum alicui quos habet in poteſtate, ut convivarum curam habeat, præcipit. Cum aliquem viſit, præmittit qui dicat, Ille venit. Quando vel aliptæ dat operam, vel cibum ſumit, neminẽ ad ſe

πάξαι τὰς ψήφους διωθῆν· καὶ κεφάλαιον ποιήσασθαι, γεάψαι αὖτις εἰς λόγον. καὶ μὴ δύνασθαι μὴ γεάψαι, ὅτι χαλεπώτερόν ἐστι, ἀλλ', ὅτι βούλομαι γενέσθαι· καὶ, ἀπείθεια πρός σε ληψόμενος· καὶ, ὅπως ἄλλως μὴ ἔσται· καὶ, πῶς ταχίστως.

Κεφ. κς'.

ΠΕΡΙ ΔΕΙΛΙΑΣ.

Ἀμέλει ἡ δειλία δόξειεν ἂν εἶναι ὄκνος ἐπὶ ἐξιστῆς τῆς ψυχῆς ἐμφοβος. ὁ δὲ δειλὸς τοιοῦτός τις, οἷος πλείονας, φησὶν ἄνδρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι· καὶ κλυδωνίου γενομένου ἐρωτᾶν εἴ τις μὴ μεμύηται τὴν πλεόντων· καὶ τὸν ὠμβερνήτην ἀνακόπτοντος πωλθάνεσθαι εἰ μεσοπορεῖ· καὶ τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τοῦ Θεοῦ; καὶ πρὸς τὸν παιδαγωγὸν λέγειν, ὅτι φοβεῖται ἀπὸ συνηνίου τινός. καὶ ὀκνοῦντα διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον· καὶ δεδιέναι πρὸς τὴν γλῶτταν αὐτόν. καὶ στρατευόμενος δὲ προσκαλεῖν πρώτας πρὸς αὐτὸν, καὶ φάντας πρῶτον προϊδεῖν, καὶ λέγειν ὡς ἔργον μεγάλην ἐστὶ πόλεμον

finit introire. Quin etiam, si cum aliquo rationes purget, puero imperat, ut calculos trajiciat: & ubi summã fecerit, ut alteri ferat expensum. In epistolis nunquã sic scripserit, *Feceris mihi rem gratam*: Sed, *Hoc fieri volo*, &, *Misi ad te qui sumeret*. item, *Ne aliter fiat*, vide: &, *quam primum*.

CAP. XXVI.

De Timiditate.

ENimvero timiditas videri queat, dejectio animi meticulosa. Homo timidus ejusmodi est: navigans, dicet promontoria esse hemiolias naves. Ad minimam fluctuum agitationẽ, quæret, sintne qui navigant omnes initiati. Gubernatorẽ navem inhibentẽ interrogat, an medium cursum teneat navis: &, quid à Deo speret aut metuat. Se ex insomnio terreri narrat assidenti: induſium deinde exuit, & puero tradit. *Et nautas*, ut se ad terrã admoveant, orat. Militiæ vero solet idem omnes ad se *commilitones* vocare: & ubi stantes diligenter respexit, Difficile, inquit, est cognitu, sintne hostes, an non. Clamore

περόν εἰσιν οἱ πολέμιοι. καὶ ἀκήκοων κραυγῆς, ὁρῶν πίπλους, εἰπεῖν πρὸς τὰς παρεστηκύιας, ὅτι τὸ σπάθιον λαβεῖν ἀπὸ τῆς σπυρίδος ἐπελάθετο. καὶ πρέχειν ἀπὸ τοῦ σκιωνὴν, καὶ παῖδα ἐκπέμψας, κελεύων προσκοπεῖν ποῦ εἰσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ἀποκρύψας αὐτοῦ ἀπὸ τὸ προσκεφάλαιον, εἶτα διαρρίβειν πολὺν χρόνον. καὶ ἐν τῇ σκιωῇ ὁρῶν θαυμασίαν προσφερόμενον ἀπὸ τῶν φίλων, προσδραμεῖν, καὶ διαρρεῖν κελεύειν. καὶ πυστὸν θεραπεύειν, καὶ φιλοσοφίζειν, καὶ μύας σοβεῖν, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις. καὶ τοῦ σαλπιστοῦ ἢ πολεμικὸν σημαίνοντος. καὶ θημωνος ἐν σκιωῇ· ἅπαγε ἐς κόραξας, οὐκ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν πυκνὰ σημαίνων. καὶ αἱμάλος ἢ ἀνάπλεως ἀπὸ ἀλλοτρίου θραύματος, ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιοῦσι, καὶ διηγεῖσθαι ὡς κινδυνεύσας ἕνεκα σέσωκε τοὺς φίλους· καὶ εἰσάγειν πρὸς τὸν καλακείμενον σκεψόμενος τὰς φυλέτας, καὶ δῆμον· καὶ τούτων ἅμα ἑκάστῳ διηγεῖσθαι ὡς αὐτὸς αὐτὸν ἢ αὐτοῦ χεροὶν ὀπὶ σκηνῇ ἐκόμισεν.

Κεφ.

audito, & visis qui caderent, astantibus dicit se præ festinatione oblitum esse spatham sumere: & postquam in tentorium curriculo se recepit, puerum inde mittit, jussum ubi sint hostes, diligenter speculari. Interea *spatham* sub pulvino abscondit: deinde ea quærenda longum tempus terit. Tum si vulneratum aliquem in castra ab amicis deferri videat, accurrit, & habere bonum animum jubet: hunc curat, & saniem spongia effingit, nec non muscas abigit: quidvis denique potius facit, quam ut cum hostibus pugnet. Æneatore classicum canente, sedens ipse in tentorio, Abi, inquit, in malam rem, hunc hominem somnum capere non sinis: qui adeo frequenter signum des. Amat etiam sanguinis de alieno vulnere plenus, ad reversos è pugna accedere, narrans, se cum suo periculo unum ex amicis servasse, ad jacentem etiam tribules & populares introducit, qui eum visant: simul horum singulis narrat, se illum suis ipsius manibus in tentorium portasse.

CAP.

Κεφ. κζ'.

ΠΕΡΙ ΟΛΙΓΑΡΧΙΑΣ.

Δοξειεν ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία φιλαρχία τις ἰσχυρὰ κέρδους γλιχομένου. ὁ γὰρ ὀλιγαρχὸς τοιοῦτος, οἷος τῶ δήμου βυλευομένου τινὰς [δι' αἰρέσεως] τῷ ἄρχοντι συνεπιμελησομένους πομπῆς περιελθὼν ἀποφῆναι ἑαυτόν. καὶ τοῦ Ομήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον καταίσχυν, ὅτι, σὺκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω· τοῦ γὰρ ἄλλων μηδὲν ὄντος ἄκουσαι. ἀμέλει γὰρ δῆνος ζῶις τοιούτοις τοῦ λόγων χρήσασθαι, ὅτι δι' ἡμᾶς συνελθόντας βουλεύσασθε· καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι· καὶ παύσασθαι ἀρχῆς πλησιάζοντος. καὶ ὅτι ὑπό τινων ὑβριζόμενος εἶπεν, ὃ δεῖ αὐτοὺς καμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν· καὶ μέσον δὲ τῆς ἡμέρας ἐξιόντα, καὶ μέσην κουρὰν κεκαρμένον, καὶ ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένον σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους. [λέγων] σὺκ οἰκητὸν ἔστι τὴν πόλιν· καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεῖ

πάσχειν

CAP. XXVII.

De Oligarchia, ſive moribus Optimatum.

VIderi poſſit Oligarchia, vehemens eſſe honorum cupiditas abſq; ullo lucri ſtudio. Oligarchi ſive optimatis hi ſunt mores. Deliberante populo ecquis magiſtratui in curatione pompæ ſit comes adjiciendus, prodit ipſe, & eo ſe honore dignũ pronuntiat. Homeri verſuum tenet ſolũ hunc unum *Non multos regnare bonum eſt, rex unicus eſto:* aliorum omniũ nihil ſcit. Solet quoq; hoc genus ſermonibus uti: Oportet in unum coacti deliberemus, & turba hac forenſi nos liberemus, aditumque illi ad magiſtratus præcludamus. Si qui illum injuria affecerint, Non poſſumus, inquit, ego & illi hanc urbẽ incolere. Meridie prodit in publicum tonſuræ medio genere detonſus, unguibuſq; cum cura præciſis, jactans ſe *per forum*, aitque, Non eſt habitandum in hac urbe: & ſibi in judiciis plurimum à litigantibus negotii faceſſi: item, pudore ſibi frontẽ ſuffundi, quotieſcunq; ipſi in concione aliquis aſſideat malè

πάσχειν ἀπὸ τῆς διαζομένων. καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅταν τις σφάττηται αὐτῆς λεπτὸς καὶ αὐχμηρόν. καὶ ὡς μισητὸν ὃ τῆς δημαγωγῶν γένος. καὶ θησέα φεύγοντα [αἴτιον] φήσας τὴν καλὴν τὴν πόλιν γεγονέναι. καὶ τοιαῦτα ἕτερα [λέγειν] πρὸς τοὺς ξένους, καὶ τῆς πολιτῆς τοὺς ὁμιοζύγους.

Κεφ. κη'.

ΠΕΡΙ ΟΨΙΜΑΘΙΑΣ.

Ἡ δὲ ὀψιμαθία φιλοπονία δόξειεν ἂν εἶναι ὑστέρα τῇ ἡλικίαν. ὁ δὲ ὀψιμαθὴς, τοιοῦτός τις, οἷος ῥήσεις μεμαθάνειν ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς. ταῦτα ἅδων σφᾷ πότον ὑπολαμβάνειν αὐτῷ. καὶ σφᾷ τὸν υἱὸν μεμαθάνειν ὅτι ὁ δόρυ καὶ ὅτι ἀσπίδα. καὶ εἰς ἀγρὸν, ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου ὀχούμενος, ἅμα μελετᾶν ἀσπάζεσθαι· καὶ πεσὼν τῇ κεφαλῇ καὶ αἰσχύνας. καὶ πρὸς ἀνδριάντα παίζειν. καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀγόμενον ἀκατόξοως, καὶ ἀκαιρολογίζεσθαι. καὶ ἅμα μεμαθάνειν τῆς αὐτὸν [καὶ διδάσκειν αὐτὸν] ὡς ἂν καὶ ἐκεῖνα μὴ ὑπομένειν. καὶ πλαίων ἐν τῇ βαλανείῳ πυκνὰ τῷ ἕλκει τρέφειν.

Κεφ.

malè habitus,& ſqualliduſ·& univerſum oratorum genus qui in Rep. verſantur odio dignũ eſſe: ipſum Theſeum omniũ primum auctorem horum malorum civitati extitiſſe: nec non alias ſimiles his ſermones apud hoſpites habet,civiumq; illos qui eandem ſectam ſequuntur.

CAP. XXVIII.

De Inſolentia, ſive ſera Inſtitutione.

INſolentia eſt deſiderium capiendi cultus melioris vergente jam ætate. Ejuſmodi homini hæc conveniunt. Annos ſexaginta natus poëtarum verſus memoriæ mandat:hos ad pocula canere incipiens, obliviſcitur. Diſcit à filio quomodo fiat *in acie* converſio ad dextram,quomodo item ad ſiniſtram. Dum rus pergit, alieno equo vectus, ſimul *obvios* ſalutare meditatur; cadens verò caput deturpat. Solet ad ſtatuam ludens *ſe exercere:* & cum pediſequo arcu & jaculis certare: ac ſimul diſcere ab alio,& eundem docere velle,ac ſi eſſet is quoq; *artis* imperitus. Idẽ luctans & in balneo *lavans*, nates ſubinde agitat indecenter.

CAP.

Κεφ. κθ'.

ΠΕΡΙ ΚΑΚΟΛΟΓΙΑΣ.

ΕΣΤΙ δ' ἡ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς ὃ χεῖρον ἐν λόγοις. ὁ δὲ κακολόγος τοιοῦτος δέ τις ἐστίν, οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα τί ἐστι, καθάπερ οἱ ψευαλογοῦντες, πρῶτον ἀπὸ τῶν γλώους αὐτοῦ ἄρξαιτο. ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς σκαλῆστο· ἐγλύεζε δ' ἐν τοῖς στατῶσι Σωσίστρατος· ἔπειτα δ' ἐς τὲς δημότας ἐνεγράφη. ἡ μέντοι μήτηρ εὐγλωσσος Θεάτῖλα ἐστί· πῶς δὴ τοιαύτας ἐν τῇ παιδὶ εὐγλωσσίας εἶναι φασίν· αὐτὸς δὲ ἔτι ὡς ἐκ τούτων ἡγοῦνται κακὸς μαστιγίας. καὶ τούτοις διεξιὼν, [φησὶν] αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τὲς πορνίδας ἁρπάζουσι. καὶ κακῶς λεγόντων ἑπέων συνεπιλαμβάνεσθαι καὶ αὐτὸς, λέγων, καὶ ἐγὼ τοῦτον τ' ἄνθρωπον πάνυ [μάλιστα] μεμίσηκα, καὶ γὰρ εὐδεχθής τις ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐστίν· ἡ δὲ πονηρία σεσὴν ὅμοιον. σημεῖον καὶ, τῇ γὰρ ἑαυτοῦ γυναικὶ πρεῖς

CAP. XXIX.

De Maledicentia.

MAledicentia eſt animi in deteriorem partem inclinatio inter loquendum. Maledicus ita eſt moratus. Si interrogetur ille quis eſt: non ſecus atq; ii qui ſtemma aliquod enarrant, ab auctore generis primo ordietur: Pater hujus, inquiens, primum vocabatur Soſias: dum inter milites verſatur, dici cœpit Soſiſtratus: deinde unus à populo inter aſcriptitios eſt factus. Mater quidem, nobilis Threſſa eſt: nam id genus mulieres aiunt domi eſſe nobiles. Iſte autem, ut talibus parentibus natus nequam eſt verbero. Pergit deinde, & inquit, Hæ ſunt mulieres quæ prætereuntes de via rapiunt. Aliis etiam de abſente detrahentibus, Idem facit ipſe quoque, & ait, Ego etiam hunc hominem omnium odi maximè. Etenim ſi faciem ſpectes, turpis eſt quem merito oderis: ſi improbitatem, nihil ei ſimile. Scias ita eſſe, cum uxori tres æris nummulos in opſonium dare

τρεῖς χαλκᾶς εἰς ὄψον δίδωσι. καὶ τῷ ψυχρῷ λύεσθαι ἀναγκάζει τῇ τοῦ Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ. καὶ συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τῶν ἀναγκαίων κακὰ εἰπεῖν. καὶ ἄλλα πλεῖστα περὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν τελευτηκότων κακῶς λέγειν.

ΤΕΛΟΣ.

dare ſoleat: & ut Poſidone menſe frigida lavet, cogere. Moris etiam habet, ſedens inter plures, ſurgere ut aliquem accuſet; plurimaq; alia de amicis & familiaribus ſuis malè loqui: & de ipſis etiam mortuis detrahere.

FINIS.

NOTÆ.

Pag. 6. l. 12] *Præter communiorem Capitum divisionem, alteram uncis inclusam adjecimus, ex antiquo Codice MS. in Bibliotheca* Coll. Novi Oxon. *reperto, qui ex libris erat Cardinalis* Poli, *uti ex ejusdem inscriptione constat.*

Pag. 48. *l.* 4. Οι ἐξίβαλε τῦ ναῦ ὁ ἀποθάσια ἀναιρημένῳ τῷ φίλῳ.] Duo Delphos petituri in latrones inciderunt, è quibus cum alter interficeretur, alter aut fuga elapsus, aut alioqui non capitulatus, ad Oraculum venit, è quo eum ejecit Apollo his verbis

Αὐδῶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πίλας οὐκ ἐπαμύναι
Ηλυθες ἀ κἀθαρὸς, ἀθεμιτεργὸς ἔξιθι ναοῦ.
Cede meis adytis cædis reus, intereuntem
Qui Socium non juveris etsi proximus esses. Simpl.

Pag. 58. *l.* 17. Ως τὸ ἡμίεχ ἐστὶ ἢ νύξ ἐστι, &c.] Sicut propositio hæc, *aut dies est, aut nox est*, in disjunctione valet, & absolute vera est, in complexione autem, uti si dixero *nunc temporis dies est*, aut, *nunc temporis nox est*, non valet, nimirum quia utraque propositio falsa esse proterit: ita & hoc, *aut edendum est, aut non est edendum*, verissimum est, nec quisquam, sive multum, sive parum edat, contra mores & honestatem peccat; quia utrobique forsan sanitati suæ consulit: at in convivio, adjunctis sc. circumstantiis, in utroque casu facile quis erraverit; nam si modice edat, corpori forsan suo, si liberius, convivatori injurius erit: & aut sanitas corporis aut convivii communitas periclitabitur.

Pag. 66. *l.* 12. Ηρχοῦλο πρὸς ἀυτὸν βελίμενοι, &c.] Socrates cum à vecordibus quibusdam contemneretur, qui ab eo se aliis præceptoribus commendari volebant, eos abduxit, & Sophistis commendabat; sicut Hippocratem Apollodori filium Protagoræ &c. *Simplicius.*

Theophr. Pag. 6. l.4. Ὁ δὲ εἴρων.] Nomine εἴρωνος hoc in loco intelligi videtur, is qui operam dat ut eos, quibuſcum verſatur, per mendacia decipiat: quique egregie ſibi placet, ubi aut dictis aut factis aliorum ſpem & expectationem jocoſe (uti ſibi videtur) fefellerit.

Pag. 6. l. 12. Καὶ τοῖς ἀντυγχάνειν, &c.] Si aliquis eum adeat de re ſeriâ conſulturus, ſibi non vacare ſimulabit, negotiis utique implicito; adeoque jubebit eum tempore magis opportuno redire. Quin & huc referri debent ea, quæ paulo infra ſequuntur, ἄρτι παρεγγυᾶναι, ὀψὲ γενέσθαι, μαλακισθῆναι. iis enim & ſimilibus mendaciis ſeſe excuſare ſatagit, hominemque ludos facit.

Pag. 6. l. 17. Καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους, &c.] Pecuniam ab eo mutuo rogantibus, aut ἔρανον ſive ſtipem collatitiam petentibus, reſpondet ille quaſi eorum verba non accepiſſet, in officinâ ſuâ nullas iſtiuſmodi merces vœnales proſtare. E contra, cum nihil habeat quod vendat, merces aliquas quas viliori pretio vendere queat, ſibi præſto eſſe narrat; nimirum ut animos ſpe lucri erectos deprimat, hominumque expectationem fruſtretur.

Pag. 6. l. 18. Καὶ ἐρανίζοντας.] Moris erat apud Athenienſes, ut amicos ſuos adverſâ fortuna utentes nummis collatitiis ſublevarent; qui tamen non prorſus gratuito dabantur, ſed ea lege, ut ſi quando blandior fortuna arriſerit, eadem ſumma perſolveretur.

Pag. 12. l. 9. Τὰ ἐν χωμαικείοις ἀγορᾷ διακ. δ' ὢν. ἀπτ.] Adulator iſte in minutis ac ſordidis negotiis ſedulus ac feſtinus, per forum muliebre (quale Athenis fuit, ubi minuta vaſa, & eſcaria forſan ac olera vœnirent) aſſiduè diſcurrit, & officioſum ſe præſtat.

P. 14. l. 18. Θαλαττεύειν ἐν Διονυσίοις θαλάττιος ἦν.] Plura Dionyſia Athenis celebrabantur, alia in urbe ſub initium veris, de quibus hic loquitur; alia in agris tempore autumni, quæ infra Ποσειδεῶνος Διονύσια appellantur.

P. 14.

P. 14. *l.* 22. Καὶ ὡς Δάμιππον μυστηρίοις &c.] Cum myſteria nocte peragerentur, videtur æmulatio quædam fuiſſe, quiſnam maximam facem accenderet.

P. 16. *l.* 1. Καὶ πῶποτ εἰσὶ κίονες τῷ Ὠδείῳ.] Erat Odæum locus columnis plurimis adornatus, in quo muſici ſeſe in arte ſua exercebant.

P. 16. *l.* 4. Καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μήν ἐστι τὰ μυστήρια.] In Septembri auſpicabantur myſteria per novem dies celebrata, primus dictus erat ἄγυρμος &c. vide *Archeol. Attic. lib.* 2. *cap.* 10.

P. 16. *l.* 10. Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια.] Erant *Apaturia* feſtum publicum Athenis quatuor dierum ſpatio durans; primus dies δόρπια dicebatur, ſecundus ἀναῤῥύσεις, tertius κυριώτης, quartus ἐπιδεῖπνα. *Heſych.*

P. 18. *l.* 24. Καὶ εἰς ἄχυ καταβαίνων ἐρωτῆσαι, &c.] Sicuti apud Romanos vulgus nihil magis in votis habebat, quam *panem & Circenſes*, ita ruſticus hic non tantum de veſtitu ciboque, ſed & de ludis ſollicitus, quærit an ii novum lunam adducerent: ruſticiſſime ſane, quaſi lunæ vices à feſtis dependerent.

P. 20. *l.* 2. Καὶ εἰπεῖν δοῦναι ὅτι βάλλεται &c.] Ruſticis etiam noſtris ſolenne eſt, feſtis tantum diebus elegantiæ conſulere, ſuaſque barbas deponere. *Deſcendit* autem vel ab equo ſuo, vel in urbem.

P. 20 *l.* 3. Καὶ ὁ βαλανεὺς δὲ ᾄδων, &c.] Seneca de balnei tumultu & clamoribus loquens, *adjice*, inquit, *ſcordalum, & furem deprehenſum, & eum qui nox ſua in balneo placet.*

P. 20. *l.* 5. Καὶ αὐτῆς ὀδὸν παῤῥιόν.] Naluit iſte cum caſu vel ex negotio ante Archiæ ſalſamentarii officinam tranſiret, ſalſamenta emere ac ſecum auferre, quod parum erat honeſtum, quam aliquem poſtea famulum domo mittere, qui emat & aſſerat.

P. 22 *l.* 3. Φῆσαι σύκα ὀλιγίστου εἶναι τῷ πατρί.] Notanda hic eſt βραχυλογία, dicendum enim eſſet ἢ σῦκον σύκῳ.

P. 22. *l.* 6. Καὶ λίχνων ἄσκος, σίλικνος.] Videtur quod infantibus iſtis nominet crepundia ex eorum collis

dependentia ad ſimilitudinem ſecuris & utris efficta.

P. 22. *l.*12. Πρὸς τὰς τραπέζας περιστοιτῶν.] Ubi verſari ſolent cives honeſtiores & ditiores, vult enim iſte cenſeri inter meliores.

P. 22. *l.* 14. Οὐ ἂν ἴριβοι γυμνάζωνται.] Quidam Athenienſes inani gloria accenſi in illis utplurimum locis verſari ſolebant, ubi ſe adoleſcentes exercebant, quo ab illis nempe conſpici poſſint, & juniorum oculos in ſe converterent.

Pag. 22. *l.* 21. Ἀμίλει δὲ ὦ &c.] Ea nimirum quæ in ſuo genere præſtantiſſima habebantur, & Athenienſibus in deliciis erant, ad oſtentandam magnificentiam emptitare ſolet.

P. 24. *l.* 7. Καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ἐπιδείξεων, &c.] Notum eſt divites olim ædes ſuas poetis aliiſque ad recitationes & ἐπιδείξεις commodare ſolitos; hîc autem placendi ſtudioſus inter recitandum narrat ſpectatori cuidam rei ignaro, alterum è ſpectatoribus verum eſſe earundem ædium poſſeſſorem, nimirum vel ut ipſi ſupparaſitaretur, vel ut novum oſtentationis genus profiteretur, quæ ſua erant alteri tribuendo: ſic locum hunc explicat Caſaubonus. Videntur tamen verba alterum ſenſum commodiorem admittere, & εἰπεῖν τοῦ ἑτέρου διαμίσων πρὸς ἕτερον reddi poſſe, coram ſpectatoribus ad aliquem dicere ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἡ παλαίστρα, *i.e.* ipſius recitantis, quem adeo demerere ſtudet, ut eum non ædes mutuo accepiſſe, ſed & ipſarum dominum eſſe affirmet.

P. 24. *l.* 18. Ὀρχηστὴς γέρων, ἢ κόρδακα.] Erat cordax comicum ſaltandi genus, in quo laſcivis & obſcœnis geſtibus utebantur.

P. 24. *l.* 21. Καὶ ὁ θαύμασι δὲ τὰς χαλκᾶς ἐκλίγων.] Solebant nempe in ſpectaculis ſuis, θαυματοποιοὶ, præſtigiatores (cujuſmodi erant mimi, funambuli, neuroſpaſtæ &c.) à ſingulis ſpectatoribus poſtquam conſediſſent χαλκᾶς ſive exigui pretii numnulos pro lucare exigere.

P. 26.

P. 26. *l.* 1. Σύμβολον φέρουσι.] Tesseram intelligit à præstigiatoribus datam, qua ostensa, aditus in spectacula pateret.

P. 26. *l.* 9. Καὶ ἴσως ἂν τις δόξειε τὰ τοιαῦτα μάτην, &c.] Eo nempe more quo remiges nostri convitia obviis quibuscunque indiscriminatim ingerere solent.

P. 26. *l.* 21. Ἐχῖνον] erat ἐχῖνος vas quoddam in quod testium dicta, acta litis, omniaque à partibus prolata conjiciebantur, apudque sequestrum deponebantur, donec palam in judicium prolata essent ad sententiam ferendam.

P. 26. *l.* 25. Καὶ τὴν δραχμὴν τόκον τρία ἡμιωβόλια τοῦ μήνος πράττειν.] Drachma Attica sex obolis constabat, ac proinde usura quam hic ἡμιεκδικήσεις exigit, erat quarta pars ipsius depositi; quod hoc pacto intra quatuor dies totum exederetur.

P. 28. *l.* 3. Καὶ τοὺς τόκους κατὰ τῶν ἐμπολήμαλος εἰς τὸν γνάθον ἐκλίγειν.] Athenienses inferioris notæ quicquid numinorum in foro acciperent, in os ingerebant, forte propter empturientium turbam, non dato iis spatio aperiendi crumenam, quod & inter nostrates fieri assolet.

P. 30. *l.* 17. Τῷ ἐπ' Ἀρισοφάνους γενομένῳ τῆ βάτερος μάχῃ.] Intelligit inclytam illam pugnam ad Arbelam pugnatam, quam etsi constet priore anno contigisse, prætore non Aristophonte sed Aristophane, tamen vulgus Athenienſium anno illi qui Aristophontem prætorem habuit, illam ascripsit: vel quod revera cædes Darii in quo victoriæ summa erat, in annum illum incidit, sicut ait Arrianus; vel quia ut diserte notat Diodorus, cum ejus victoriæ fama in Græciam pervenit jam Archon erat Aristophanes, orator ille Athenienſis vix ipsi Demosthenis secundus.

P. 34. *l.* 10. Ὡς Πολυσπέρχων τὴν τοῦ βασιλέως, &c.] Cura regni & Arridæi (regiæ sobolis) delata erat ab Antipatro moriente ad Polysperchontem, unde inter eum & Cassandrum Antipatri filium imprimis inimicitiæ & deinde bellum ortum est.

P. 46. *l.* 15. Καὶ ὅλη θέαν νίκα ἂν δίῃ, &c.] Finitis jam pœne ludis cuilibet permissum erat Theatrum ingredi, uti & in Theatris nostris fieri solet.

P. 50. *l.* 21. Ὀρχησάμενοι ἄψαῦς ἐπαίρω.] cum bene saturi ac bene poti essent, animum ad saltandum appellebant. Supra nota erat ἀποπινομένῳ siccum & rotundum vino plenum saltare.

P. 54. *l.* 7. Πολλάκις πρήτιερον ὀμόμοκα.] Sic juramenti mox suscipiendi vim imprudenter imminuit: probabile enim est eum, qui sæpius juraverit haud magni facere juramentum.

P. 56. *l.* 4. Διακρύσας ἐπεῖν, ἀγαθῇ τύχῃ.] Contrarium oportuit, nollem factum, aut molestè fero, absurde igitur formulam usurpat, cujus usus solummodo in re læta.

P. 56. l. 6. Μάρτυρας παρελαβεῖν.] Quos adhibere tunc tantum debuit cum nummos persolveret, aut mutuo daret, nempe ne illi quibus persolvit inficiarentur forte irent se numeratam summam accepisse.

P. 56. *l.* 14. Ἤδυγε τἄστρων νομίζει, &c. Locum hunc prorsus conclamatum dicit Casaubonus: videtur tamen in hunc modum restitui posse ὅτι δὴ ᾗ οἱ ἄλλοι λίγεσι ἄλλο πίαν. Jovi scil. gratias agit pro pluvia quæ copiose aceo deciderat ut prata omnia aquis regerentur: est enim πίος & πῆος locus irriguus, pratum.

P. 56. *l.* 17. Ὅσοι ἐμοὶ ϗ σὶ γίνοντο.] Lingua tardam hominis mentem præcurrit. Cum enim proverbialis esset loquutio de iis quorum copiam indicare volebant, tot esse quot sunt in orco mortui, stupidus iste postquam audit magnum esse mortuorum numerum, optat tantam sibi copiam, non mortuorum, sed alius cujusvis rei bonæ, puta nummorum &c.

P. 58. *l.* 4. Καὶ πίμπουσιν εἰς τὰς ἑορτάς] Erat olim divini cultus pars deorum festis solennibus interesse, adeoque religiosiores non festa tantum urbis in qua habitabant observare solebant, verum etiam ad alia urbium aliarum festa solennia cum muneribus accurrebant.

currebant. Contra iſte factum eorum ridet, & ait, non eſſe tanti.

P. 60. *l.* 3. Δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβών.] Quemadmodum Romani, ſic & Græci omnibus ſuffitionibus laurum adhibebant. Moris præterea fuit Græcis baculum laureum præ manibus habere tanquam ἀλεξίκακον φάρμακον, ut ait Suidas, quod crederent lauro ineſſe vim quandam malum averruncandi.

P. 60. *l.* 5. Εἰ δὲ παρασταθείη &c.] Quod γαλῆ malum augurium faceret inter alias hæc quoque cauſa affertur, quod ſit δίκην ἰσόψηφον, ſi enim literæ utriuſque dictionis ad calculum vocentur, redibit par ſumma 42.

P. 60. *l.* 6. Ἕως διεξέλθῃ τὴς &c.] Qui videlicet omen luat, & quod malum portendebat felis tranſcurſus, id ipſe ſubeat.

P. 60. *l.* 7. Ἡ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τ' ὀδοῦ διαλάβῃ.] Putarunt veteres cum aliquod triſte ſignum apparuiſſet, poſſe id facile eludi, ſi vel verbis vel aliquo facto indicarent ſe omen non accipere, ſed abominari. Ipſe igitur conſpectâ fele tres lapides in eam jacit, ut malum quod videbatur portendi, id in ipſius felis caput ſe hoc pacto rejicere teſtaretur.

P. 60. *l. ult.* Περὶ τὰς Ὀρφεοτελεστὰς, &c.] Orpheus genus quoddam initiorum in Græciam invexit, quod Ὀρφικὰς τελετὰς vocabant, & qui illa docerent Ὀρφεοτελεστὰς, ait autem κῦρα μῆνα quia circa finem cujuſque menſis videntur ſoliti initiari Athenienſes.

P. 62. *l.* 5. Σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεύσω αὐτὸν ἀφικαθάρσιον.] Tangit duplicem veterum conſuetudinem expiandi luſtrandique ſe, altera erat circumacta circa corpus ſcilla, altera catulo ſimiliter circa corpus ducto, eamque luſtrationem vocabant περισκυλακισμόν.

P. 72. *l.* 20. Καὶ ἡ μὲν Ἀπκεῖται ἀπαγαγὼν εἰς Δηλους.] Et Græci & Romani comam ſuam ad pubertatis annos alebant Deo alicui conſecratam, quam, ubi tonderentur, in ejus Dei templo ponebant.

P. 76. *l.* 6. Οἷος νικήσας τραγῳδοῖς, &c.] Erat tra-

gœdia Libero patri dicata ut Apollini Comœdia.

P. 76. *l.* 11. Τῷ μὲν ἱερεῖα πλὴν τῶν ἱερείων.] Illiberalis hic de eâ quam aris Deûm admoverat victima, tantum ſibi perire ſinit, quantum ſit neceſſario adolendum aut aliter diis offerendum (coxam ſcil. aut inteſtina, aut aliud non magnæ rei) cæteras carnes victimæ in proprium uſum convertit, venditve.

P. 76. *l.* 12. Τὰς γὰ διακονίας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι.] Mos fuit parcorum hominum cum nuptias celebrarent opera & miniſterio uti adjutorum & adjutricum, hoc eſt qui ſuo cibo (ut loquitur *Plautus*) miniſtrarent, vel ut idem alibi, ſuo ſumptu & cibo veſcerentur.

P. 76. *l.* 15. Τὰ τῆ κυβιρνήτη στρώματα, &c.] Trierarcho ſuus erat locus ad navis puppim, ubi in ſuis ſtragulis quieſcebat, illiberalis autem iſte cum reliquis promiſcue in tranſtris cubat, & gubernatoris utitur ſtragulis, quæ ſolent eſſe vilia & utplurimum ſegeſtria aut ſegetes.

P. 80. *l.* 10. Καὶ τοσῶν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίας ἕν μίαν.] Hoc eſt ſexcentos homines ſolet ſigillatim nominare quorum ſingulis aliquid erogavit, atque hac ratione effecere ut cum æra omnia in unum colligantur, ex ea ſupputatione ſumma naſcatur decem talentorum.

P. 78. *l.* 12. Ἐν τῷ Δείγματι ἱστικὸς, &c.] Digma appellabatur locus in Pyræo, ubi Peregrini mercatores ſuarum mercium δεῖγμα & ſpecimen producebant.

P. 80. *l.* 2. Καὶ διδόμενος αὐτῷ ἐξαμυγῆς, &c.] Quorundam mercium exportatio Athenienſium legibus prohibebatur, quæ propterea ἀπόρρητα vocabant: inprimis autem quæ ad navium fabricationem pertinebant.

FINIS.